

[Faint, illegible handwritten text on a blank page]

2
3
4
5
6



1685

1^a Bardili, Burkhardus: De subscriptione.

2^a Bardili, Burkhardus: De satisfactione supra.
Tae 3. Augst. 1685: 1741.

3 Frommann, Joh. Ludw.: Actio uan, quae in bonis
computantur et quae non computantur in bonis
differentiae principes.

4 Grotius, Johannes: De iudicio syndicatorum.

5 Harpprechtus, Ferdinand Christophorus: De iuribus
domesticorum.

6 Harpprechtus, Ferdinand Christophorus: De iure
mortuario in bonis defuncti hominis proprii,
ejus domino competente . . .

7 Schwederus, Gabriel: De meliorationibus feodali.


1802
1. Die Kunst, die Natur zu imitieren, ist die Kunst, die Natur zu überbieten.
2. Die Kunst, die Natur zu imitieren, ist die Kunst, die Natur zu überbieten.
3. Die Kunst, die Natur zu imitieren, ist die Kunst, die Natur zu überbieten.
4. Die Kunst, die Natur zu imitieren, ist die Kunst, die Natur zu überbieten.
5. Die Kunst, die Natur zu imitieren, ist die Kunst, die Natur zu überbieten.
6. Die Kunst, die Natur zu imitieren, ist die Kunst, die Natur zu überbieten.
7. Die Kunst, die Natur zu imitieren, ist die Kunst, die Natur zu überbieten.











LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF TORONTO

FRANCESCO DE TECCA, Co.
FRANCESCO DE TECCA, Co.

FRANCESCO DE TECCA, Co.
FRANCESCO DE TECCA, Co.

FRANCESCO DE TECCA, Co.
FRANCESCO DE TECCA, Co.

FRANCESCO DE TECCA, Co.
FRANCESCO DE TECCA, Co.





255
1685, 26

Q. D. B. V.
DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA,
DE
SATISFACTIONE
STUPRATÆ,

4

Quam
SUB RECTORATU MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMI PRINCIPIS
Ac DOMINI, DOMINI,
JOHANNIS FRIDERICI,
Ducis Württembergiæ & Tecciæ, Comitis

Montisbelgardi, Dynastæ Heidenhemii &c.
AUTHORITATE ET CONSENSU,
Amplissime Facultatis Juridicæ,
In inclytâ EBERHARDINA,
PRÆSIDE

DN. BURCKHARDO BARDILI, U. J. D.
Pand. Prof. Consil. Würt. & Supremi Dicasterii Assessore, Do-
mino Patrono & Socero, omni honoris & obsequii cultu
venerando.

PRO LICENTIA

Summos in utroque iure honores, & Privilegia Doctoralia ritè
& legitime capeffendi,

Ad d. 28. Febr.

IN AULA NOVA,
Publicæ Eruditorum Disquisitioni
submittit

SAMUEL HOSER, Stutg.

TUBINGÆ, Typis Martini Rommeii, 1685.

DEO

PATRIÆ

ET

PROXIMO.

SAMUEL HOSER, SMIG.
T. BING & T. BING, KAMMEL, 177.





I. N. D. N. J. C.

CAPUT I.

Quod agit de satisfactione in genere.

SUMMARI A.

<i>Admonitio ad Lectorem.</i>	1.	<i>Stuprum strictè sumptum quid.</i>	6.
<i>Satisfactio, de quâ hic agitur, non est pretium fornicationis; vulgò (Huren-Lohn.)</i>		<i>Nec de Morgengabâ hic agitur.</i>	7.
		<i>Sed de</i>	
<i>Tametsi stuprum late sumptum fornicatione etiam comprehendat</i>	2.	<i>Satisfactione, in compensatione denegati matrimonii.</i>	8.
<i>An mercedem Meretrix exigere possit, remissivè.</i>	3.	<i>Qua aliter fit, quando matrimonium est promissum.</i>	9.
	4.	<i>Aliter</i>	
<i>Quid de eâ, qua occultè questum corpore querit.</i>	5.	<i>Quando non est promissum.</i>	10.



Everò, quemquam Rubrum hujus Disputationis offendat, & ansam suspicandi præbeat, ac si patrocinium & defensionem hominum triobularium, impurissimarum nempe foeminarum ac meretricum suscipere mecum constituisssem; in vestibulo

statim monendum fuit, per satisfactionem, quæ debetur stupratæ, i. me non intelligere, mercedem sive pretium fornicationis, (vulgò *Huren-Lohn*) quod exigere ab amatorculis suis solent prostibula, quæ passim venale corpus habent, & usuram corporis cuique venienti concedunt: Utut enim stuprum, de quâ in Rubro mentio est facta, in

- 3 latiori significatione, omnia delicta carnis in impudiciâ consistentia comprehendat. vid. l. 101. de Verb. Sign. & tradita Leonhard. Lessii de Justitia & Jure lib. 2. c. 10. dub. 1. n. 6. Et de hoc quoque fornicationis pretio, res non usquequaque sit expedita, & magna inter Dd. adhucdum sit dividia:
- 4 An Meretrix apud judicem exteriorem, petere possit secutâ copulâ mercedem sibi ab Amasio ob copulam promissam? An item meretrix sit Domina sui corporis, materia vendibilis, & venditio actus Venerei in se sit licita? vid. Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 22. th. 1. lit. D. Mastert. de Iust. LL. Roman. lib. 2. dubit. 15. Brunnem. adl. 4. ff. de cond. ob turp. caus. & novissimè in Appendice ad Jus Ecclesiast. de Regul. Iur. Can. Reg. 6. §. 2. Verum tamen per stuprum hic intelligi coitum cum foeminâ honestè vivente, sequentia demonstrabunt. Proinde & illud præmittendum, non
- 5 mihi 2. hic excutiendum: An quæ non profiteretur meretricatum foemina, sed occultè se, pro certâ tamen mercede prostituit satisfactionem jure exigere, aut exactam retinere possit? de quâ quæstione vid. etiam notata B. Brunnem. ad Covarruvia prælect. ad Reg. Iur. d. l. Sed per stupratam
- 6 hîc foeminam extra hunc casum honestam, sive virginem, sive viduam intelligo, quod dum facio, præmittendum iterum fuit, nec 3. de illâ satisfactione mihi sermonem esse,
- 7 quæ aliàs vocatur Morgengaba, sive donum matutinum, quod de consuetudine multorum locorum vid. Wehner. Besold. Thesaur. Præct. voce Morgengab. altero die nuptiarum, post primum concubitum, pro pudicitia & honoris thesauro, quam hæc illicâ nocte concedidit, præstari solet. vid. Boer. cl. 2. disput. 19. th. 77. Sichard. ad Rubr. C. de donat. ante nupt. num. 12. Sed verò illam satisfactionem sive damni restitutionem velle intellectam, quod passa est stuprata ob id, quod vel ob cingulum virginitatis amissæ,
- vel

vel detractum castitatis ac pudicitiae honorem, spem nuptiarum perdidit, & ex hactenus pudicam impudica facta est. Hæc itaque, quæ considerationis meæ Objectum constituit satisfactio, fit dupliciter, vel ducendo eam, quam quis per stuprum cognovit, in matrimonium, vel dotem congruam præstando, ut alteri æquè benè nubere possit. De utràque quid sentiam, Thematicis Inauguralis, ut vocant, loco edifferam. Ut verò distinctè & ordine id fiat, tota hæc tractatio commodè in duas dispesci poterit partes, quarum altera agit de satisfactione stuprata, sub promissione matrimonii deceptæ: Altera de satisfactione extra casum promissi matrimonii. De posteriori primo acturus loco. Sit ergò

CAPUT II.

De satisfactione Stuprata, extra casum promissi matrimonii.

SUMMARI A.

Fornicatio non tantum verbo Dei,	1.	Idem exigit Jus Canonicum.	12.
Sed & rectè rationi adversatur.	2.	Confirmatur hæc sententia.	13.
Et inter gravia peccata refertur.	3.	Referuntur contraria sententia auctoritates.	14.
De Jure Romano non punitur.	4.	Hodie particula Et, mutata in particulam Aut.	15.
Quare?	5.	Etiam in hoc foro Württembergico.	16.
Sed in stupratores poena constituta.	6.	An rectè?	17. 18.
Parti verò læsæ actio nulla competit.	7.	Jure Brandenburgico Canonicum jus receptum.	19.
Sed aliquam satisfactionem justitiæ & æquitatis ratio suadet.	8.	An in terris Imperii?	20.
Et		Generali consuetudine alternativa recepta.	21.
Jus divinum vult, ut & ducat & dotet.	9.	Nec potest compelli stuprator ad ducendum.	22.
Quare?	10.		
Nisi Pater filiam dare recusset,	11.		



1 AD evitandam scortationem jubet Apostolus Paulus, unumquemque habere suam uxorem. Unde & ipsa re-
2 cta ratio dicitur, cum, qui extra matrimonium rebus ve-
3 nereis delectatur, intemperantiæ vitium incurrere, dum
 nempe non debito modo studet procreationi hominum,
 quod tamen fieri Reip. interest. Quâ ratione fornicatio
4 inter gravia refertur peccata 1. *Cor. 6. vers. 9.* & ad *Galat. 6. 5.*
vers. 19. Quanquam verò apud Romanos fornicatoribus
5 poena constituta non sit, Vinnius ad *S. 4. l. de publ. jud. inf.*
 cum vix potuerit hoc intemperantiæ genus sinè maximis
 inde emergentibus incommodis corrigi; notum quippe
 est, quàm horrenda commiserint Cives Romani crimina
 Sodomitica, supra item & adulteria clam & in occulto:
 quæ prohibitâ scortatione aut concubinato fuissent multi-
 plicata. Unde apud eos sufficiebat, si mulieres nomen
 suum profiterentur, & admittant, ut albo inscriberentur,
 cum satis poenarum adversus impudicas in ipsâ professione
 flagitii credebant. Tacit. *lib. 2. Annal. c. 85.* Majori tamen
6 Zelo adversus eos, qui sibi facultatem sumebant ac licen-
 tiam utendi, ceu instrumento libidinis, foeminis honestis,
 & hæctenus non impudentibus, arserunt, illamque conjun-
 ctionem publicatione dimidiæ partis bonorum in hone-
 stioribus; in humilioribus corporis coërcitione cum rele-
 gatione plecti voluerunt. *S. 4. l. de publ. jud.* Privatam ve-
7 rò quod concernit damni resarcitionem, dum nempe ea,
 quæ per honestatem hæctenus digna erat, ut fieret materfa-
 milias, & honesto matrimonio jungeretur, nunc verò in
 eo statu, ut alteri æquè benè nubere non possit, nihil de
 eâ Leges Romanorum disposuerunt, nec aliam, quàm
 hanc legimus constitutam poenam. Bocer. *class. 4. disp. 12.*
th. 45. Fieri tamen resarcitionem & restitutionem damni ex
8 detrimento nuptiarum, justitiæ non solùm & æquitati na-
 tura-

turali conveniens, arg. l. 74. de R. I. add. Lessius de Iust & Jur. lib. 2. c. 10. dub. 2. n. 11. Sed & summus Legislator voluit & præcepit. Exod. 22. vers. 16. Deut. 22. v. 28. Idque 9
indistinctè, sive promissio matrimonii facta, sive non. Generaliter namque loquuntur textus, E. generaliter quoque & sine distinctione sunt intelligendi; per vulg. Ubi itaque sub promissione matrimonii non est decepta, quæ stupratorem admisit, non aliter satisfieri vitiatæ posse existimavit Jehovah, quàm si stuprator eandem & duceret & dotaret. Æquissimè sanè, ad refrænandos libidinosos concubitus, & ad reparandam læsionem, quæ stuprata contigit. Scilicet, à Patre ingenti ob stuprum filiaæ moe- 10
rore affecto, ob conspurcatam familiam, & spem frustratam, dotem exigere satis erat iniquum: ne tamen uxor esset indotata, æquum visum fuit, de suis facultatibusolvere eandem stupratæ, & quod pro oneribus matrimonii sibi deberetur, ipse sibi solvat, & nihilominus eam uxorem ducere, quo hoc pacto reddita materfamilias recuperet, quicquid ablatum est. Nam si liberum relinquatur stupratori stupratam ducere aut dotare, & ille eligat dotationem, nondum videbatur injustum satis correctum, licet enim ratione dignitatis familiae, ex quâ oriunda est, *ihrem Stand und Herkommen gemäß*/ satis videbatur dotata, nullus tamen vir honestus eam matrimonio dignam reputabit, & ita injustum, quod perpeffa est, nondum satis videbatur correctum. Eleganter Joh. à Felden in *Element. jurispr. Univers. part. 2. membr. 19 pag 260.* Si verò Pater virginis filiam 11
suam stupratori, (homini fortè dissoluto, & planè nequam) dare noluerit, dare stuprator virgini corruptæ pecuniam jubetur, juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt, id est, tantum pecuniæ, quantum ejusmodi virgini pro dote dari solet. B. Luc. Oslander. *ad Exod. 22.* Jus
divi-

- 12 divinum hâc in parte secutus Pontifex C. 1. X. de adult. retinuit Copulativam Et; Si, inquit, seduxerit quis virginem, dormieritque cum eâ, & dotabit eam, & habebit uxorem: Si verò Pater virginis dare eam noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt. Unde Legem Mosaicam Exod. 22. canonizatam à Pontifice, & in Decretales relatam, tradit Henric. Wagnerek Cancellarius
- 13 quondam Dillingensis in Comment. ad Jus Canon. ad h. cap. 1. Add. Jul. Clarus lib. 5. §. stuprum. n. 3. Farinac. part. 5. Oper. Crim. quest. 147. num. 97. ibi: Regula sit: quod de Iure Canonico stuprator mulierem dotare & in uxorem recipere teneatur. Mæv. part. 4. tit. 5. artic. 1. numer. 2. Groenveeg. de LL. abrogat. ad §. 4. l. de publ. judic. num. 15. Carpz. in Pract. Crim. part. 2. q. 68. num. 5. ibi: quod & Ius Canonicum sequitur, eandem panam repetens, atque expressè confirmans.
- 14 Ut mirandum omninò sit, tam plures reperiri, & numero & autoritate JCros, atque ex Moralists non paucos, qui contrarium defendant. Ita enim Perez. ad Tit. Cod. de adult. n. 51. Iure Canonico, scribit, is, qui virginem seduxit & corrumpit, cogitur eam ducere aut dotare, ex sententiâ Iudicis. Zoësius in Comment. ad Tit ff. de adult. num. 60. Seducta, inquit, Iure Canonico stuprator damnum reparare tenetur, aut ducendo, aut dotando. Bocer. Cl. 4. disp. 12. thes. 45. lit. b. Iure Canon. inquit, cogitur mas stupratam mulierem aut accipere uxorem, aut pro conditione illius dotare. Idem statuit Brandmüller. in Diff. Jur. Civ. & Can. voc. Stuprator. Wes. in π. Tit. de adult. n. 23. Canon, inquit, hanc copulationem dotis & nuptiarum, in alternativam resolvit. Quem sequitur Joh. à Sande lib. 2. tit. 1. def. Frisio. 10. n. 1. Quamvis ex Moralists distinctionem inter tempus sententiæ latæ & nondum latæ, faciat Leonh. Lessius de Just. & Jur. lib. 2. c. 10. dub. 2. n. 12. Utcunque res sese habeat, in eo consentiunt

tiunt ex Pontificiis ferè omnes, quod in terris Ecclesiæ à di-
 spositione Juris divini & Canonici hodiè sit recessum. 15
 Card. Tuschus *Tom. 7. concl. 709. n. 27.* Et particula Copu-
 lativa (Et) in alternativam (aut) mutata. An rectè vid. *Wis-*
semb. ad π. Tit. de adult. th. 27. Quicquid sit, hanc senten-
 tiam in Praxi obtinere, tradunt communiter. *Carpz. Jurispr.*
For. p. 4. c. 27. d. 1. num. 6. & in Jurispr. Consist. lib. 1. def. 228.
 ubi præjudicia. *Finckelthaus. Obs. 102. num. 3. Stryck. ad*
Brunn. Jurispr. Eccles. lib. 2. c. 18. num. 26. ubi ita in Facul-
 tate Francofurtensi pronuntiatum refert. Quæ etiam
 multorum locorum statutis comprobata reperitur. vid.
Const. Elect. Saxon. p. 4. c. 27. Jus Lubec. p. 4. tit. 5. art. 1. ibi:
dotiren oder begiffigen. O. P. W. p. 263. §. So aber. quem- 16
 admodum juxta hanc sententiam respondisse Antecessores
 hujus Facultatis testatur, *Besold. p. 6. conf. 261. q. 3. num. 40.*
 & 41. Quanquam sint non pauci, qui dispositionem Juris 17
 Canonici in Praxi observari optant. *Dn. Stryck. in not. ad*
Brunn. Jur. Eccl. lib. 2. c. 18. n. 26. Felden. in Elem. Jur. Univerf.
part. 2. membr. 19. pag. 260. Ac proinde optandum, inquit,
esset, ut stricto verbo Divino inherentes copulativè procedere-
mus. Quanquam non desint alii, qui dispositionem Juris
 divini, rectè ideò mutatam putant, ne crescente indies ma-
 litiâ hominum, luxurioso præprimis, quo nunc vivimus,
 seculo, metus sit, si propter carnalem copulam sciant, se
 ducendas à stupratoribus, ne illæ obviis quibuscunque ju-
 venibus sese turpissimè prostituant, & occasionem peccan-
 di præbeant, etiam honestissimis, quemadmodum ex *Biden-*
bach. referunt Antecessores apud Besold. part. 6. Conf. 261.
n. 40. quibus add. Schepliz. ad Consuetud. Brandenburg.
part. 1. tit. 2. n. 10. neve invitus quis ducere cogatur uxo-
 rem, quam odit. *Schneidevvin. ad §. 23. l. de act. num. 12. de*
 jure tamen Brandenburgico contrarium receptum. *B. Brun-* 19
 B nem.

nem. *Iur. Eccles. lib. 2. c. 18. n. 26. p. 700.* hancque senten-
 20 tiam in terris Imperii receptam dicit. add. *Mæv. part. 4. tit. 5. art. 1. n. 2.* *Coler. dec. 176. n. 87.* *Tessaur. decis. 3. n. 3.* *Farinac. q. 147. n. 113.* de quo tamen valdè dubitandum, per superius tradita. Unde contrarium, quod nempe al-
 21 tecessores apud *Besold. part. 6. Cons. 261. n. 40. inf.* Et generali consuetudine passim in arbitrio Stupratoris positum esse, utrum stupratam dotare, an in uxorem ducere velit, testatur *Grœnev. de LL. abrog. ad §. 4. I. de publ. jud. n. 15.* *Joh à Sande lib. 2. tit. 1. d. 10 n. 1.* Regula itaque sit: quod stuprator, quam sine promissione matrimonii vitiauit, ducere hodiè non teneatur, nec ad ducendum Magistratus
 22 eundem compellere possit. *Damhoud. Pr. Cr. c. 92. Berl. part. 5. concl. 38. n. 36.* *Lugo de I. & I. D. 12. sect. 1. n. 11.* ubi hanc sententiam dicit communem. *B. Osiander ad Deut. 22. vers. 28. Hodierna, inquit, jura, non cogunt stupratorem, ut à se violatam ducat, si matrimonium non promisit.* Et Rabbinos textum juris divini alternativè legisse, tradit *Dn. Ziegler. Instit. Iur. Canon lib. 4. tit. 8. §. 3.* Sed piè scribit *B. D. Osiander. d. l.* sed si quis est vir bonus & æquus, non dedignabitur eam sibi matrimonio jungere, cui summum puellæ ornamentum, virginitatem abstulit. Præprimis si ex tali conjunctione spes prolis existit, ne videlicet quod inde natum est, cui etiam resarcitio damni aliter vix fieri potest, patris improbitatem, per totam vitam suam accusare necesse habeat. Sequitur Ergo.

CAPUT III.

De satisfactione per Dotationem.

MEMBRUM I.

DOTIS DEFINITIONEM ET DIVISIONEM
SISIT.

SUM-

S U M M A R I A.

<i>Quæ dos dicitur alibi.</i>	1. <i>Realis definitio.</i>	6.
<i>Propriè dos non est.</i>	2. <i>Non dividitur in Adventitiam &</i>	
<i>Variè hanc Dd. definiunt.</i>	3. <i>Profectitiam.</i>	7.
<i>Ad quid respexerit Ius Topi-</i>	4. <i>Ratione quantitatis dividitur in</i>	
<i>cum.</i>	5. <i>Magnam & Parvam.</i>	8.
<i>Variè sumitur hac dotatio.</i>	6. <i>Moralistæ in integram dotem, &</i>	
	7. <i>non integram.</i>	9.

Circa hanc tractationem primò occurrit Onomatologia, & in ea vocabulum Dotis. Dos autem dicitur *Exod. 22. v. 16. ibi: dotabiteam. B. Lutherus Germ. vertit Morgengabre. non in eo sensu, quo quid sit Morgengaba superius dictum. Add. c. 2. X. de adult. Const. Elect. Sax. p. 4. const. 27. ibi dotire. Propriè tamen dotem dici non posse, aliqui sentiunt, eo, quod non solvatur ad onera matrimonii sustinenda, quemadmodum de dote aliàs legibus cautum l. 20. ff. l. 20. C. de jure dot. quæ sententia vera est; Quid verò sit, non inter omnes convenit? A nonnullis dicitur satisfactio in detrimentum virginitatis, precium virginitatis. Henr. Zœsius in *Comm. ad Tit. X. de sponsal. n. 20.* Sed nimis strictè, uti sequentia demonstrant; Serenissimum tamen nostrum Legislatorem ad illud ipsum damnum, quod ex detrimento virginitatis amissæ habet, respexisse, colligitur ex *O. P. W. p. 263. ibi: Das Kränklein zubezahlen schuldig seyn & paulò post umb der verfällung oder beraubter Jungfrauschafft willen.* Ab aliis satisfactio ad detrimenta nuptiarum largienda. *Leis. de l. & l. lib. 2. c. 10. dub. 2 n. 11. Pecuniaria largitio damni illati. Perez in C. ad tit. de adult. n. 52. satisfactio in compensationem denegati matrimonii. Dn. Stryck. in addit. ad Brunn. Iur. Eccl. lib. 2. c. 18. §. 25. p. 723. Satisfactio pro injuriâ Stupratae illatâ Carpz. Ipr. Conf. lib. 2. def. 231. n. 10. Justus Oldekop. contra Carpz. decad. 2. q. 3. B 2 p. 186.**

p. 186. Sic definit: quod sit certa pecunia summa, satisfactio-
 nis loco à stupratore stuprata exsolvenda, quæ ad quantitatem
 congruæ dotis, pro ratione personæ, ejusque conditionis assurgit,
 Sed nec hæc definitio naturam definiti explicat. Alii di-
 cunt surrogationem in locum matrimonii. Carpz. part. 2.
 q. 68. n. 72. Sed verò dotatio accipitur, vel 1. pro ipso actu do-
 5 tationis, vel 2. objectivè, pro eo, quod stuprata solvitur.
 Vel 3. pro illâ obligatione, quâ stuprator ad dotandum re-
 6 netur. In ultimâ significatione est *vinculum iuris*, quo ad-
 stringitur, qui *fœminam honestam sine promissione matrimonii*
vitiavit, si ducere eam vel non vult, vel non potest, ut loco ejus,
qui ad iâ tenebatur, ei, certam quantitatem dotis nomine præ-
stet, quo facilius & nubendi conditionem inveniat, & habeat
pudicitia amisse velamen. Generis loco dicitur *vinculum*
Iuris, ad exemplum obligationis in genere, juxta *pr. Inst. de*
obligat. Reliqua verba continent differentiam specificam,
 7 de quâ in sequentibus latius. *Divisionem* quod concernit,
 notissima quidem alias est distinctio dotis, in profectitiam
 & adventitiam. Hæc dos neque profectitia est, neque ad-
 ventitia; censetur quidem à Patre profecta, quo etiam incli-
 nare videtur B. Brunnem. *in Iur. Eccles. lib. 2. cap. 18. n. 26.*
ibi: quasi esset ab eo profecta. Sed naturam profectitiæ do-
 tis non habet. Nec adventitia dici per omnia meretur,
 quoniam pacto prospicere stuprator sibi, de dote mortuâ
 stupratâ restituendâ, non potest, sed illa, quam primum so-
 8 luta, proprium incipit esse uxoris patrimonium. Dividi
 9 tamen potest 1. *in Magnam & Parvam.* uti infra. 2. *Mo-*
ralistæ dividunt eam, in *integram dotem*, quando nempe
 stuprator tantum dare obligatur, quantum Pater dedisset,
 si filia incorrupta mansisset: Et non *integram dotem*, quan-
 do non id præstare cogitur, quod Pater dedisset, sed aliquid
 supra illam quantitatem, quam aliàs à Patre vel aliunde
 habe-

haberet, addito, quantum nempe sufficiat, ut possit æquè benè nubere, sicut ante. vid. Lessius *de Iust. & Iur. lib. 2. c. 10. dub. 2. n. 9.* Card. de Lugo *disp. 12. sect. 1. n. 13.* de qua divisione in seqq.

MEMBRUM II.

Causam & Fundamentum hujus obligationis exhibet.

SUMMARI A.

<i>Causa Efficiens hujus Obligationis est Lex.</i>	<i>Presumitur honesta fœmina.</i>	23.
<i>Etiã naturalis.</i>	1. <i>Virginitas presumitur.</i>	24.
<i>Quatenus concurrat.</i>	2. <i>Nihil interest an blandis verbis fuerit inducta.</i>	25.
<i>Causa sine quâ non, est stuprum.</i>	4. <i>An importunis sollicitationibus.</i>	26.
<i>Quid sit Canonistis.</i>	5. <i>Quid si consentiat.</i>	27.
<i>De Jure Romano quid.</i>	6. <i>Varia opinioniones.</i>	28.
<i>Ad illud requiritur concubitus.</i>	7. <i>Consensus non presumitur.</i>	29.
<i>Non Commixtio sanguinis.</i>	8. <i>Non si causam & occasionem stupro dederit.</i>	30.
<i>Non attentatum.</i>	9.	
<i>Non suspicio copula.</i>	10.	<i>Nisi</i>
<i>Nec jactatoria verba ad dotem.</i>	11. <i>De Jure Bavarico & Lubecensi.</i>	
<i>Sed ad actionem injuriarum.</i>	12.	31. 32.
<i>Stuprum probandum est.</i>	13. <i>Habet tamen Pater actionem injuriarum.</i>	33.
<i>Nec assertio stupratae sufficit.</i>	14.	
<i>Ne quidem ad juramentum purgatorium.</i>	15. <i>Quid si sponte propalaverit.</i>	34.
<i>Etsi jurata sit.</i>	16. <i>Violentus Stuprator dotare tenetur.</i>	35.
<i>Aut tempore partus facta.</i>	17. <i>Quamvis poenam ordinariam sustineat.</i>	36.
<i>Judiciale tamen juramentum deferri potest.</i>	18. <i>Ratio.</i>	37.
<i>Si fœmina sit honesta, & adsint suspiciones, juramento purgationis locus est.</i>	19. 20. <i>Exemplum de Comite.</i>	38.
<i>Adhibita tamen cautione.</i>	21. <i>Ducendo eam potest se ab hâc obligatione liberare stuprator.</i>	39.
<i>Præjudicia.</i>	22. <i>An rectè?</i>	40.
		41.
	<i>Cujus sit arbitrium.</i>	
	<i>B 3</i>	<i>Non</i>

105

<i>Non Judicis.</i>	42.	<i>trium Patris restrictum.</i>	46.
<i>Sed Stupratoris.</i>	43.	<i>Quid si ducere non possit ob consan-</i>	
<i>Modò par sit utriusq₃ conditio.</i>	44.	<i>guinitatem.</i>	47
<i>Si conditio sit dispar.</i>	45.	<i>Quid si consanguineam ignoravit</i>	
<i>Arbitrium stupratoris est ad arbi-</i>			48

Vinculum Juris dum dicitur hæc obligatio, satis superque innuitur, hujus obligationis causam esse Legem sive Jus, eandemque Proximam & Immediatam. Nec enim proficiscitur ex facto hominis licito vel illicito, sed jus sive Lex obligat stupratorem, ad præstandum id, quod Pater stupratæ, non secuto stupro, præstare debuisset. Lex quidem non naturalis solùm, sed & divina positiva, & humana, vid. suprâ. Jus quod concernit naturale, sanè illud vult & præcipit, ut damnum, quod ex detrimento nuptiarum stuprata patitur, eidem resarciatur, Menoch. de A. I. Q. lib. 2. cent. 3. cas. 288. n. 17. Quod equidem meliùs fieri non posset, quàm si stuprator id, quod abstulit stupratæ, spem nempe nuptiarum redderet & duceret. Cùm verò sint ex utrâque parte benè multa, quæ satisfactionem hanc non admittunt: aliam, quæ huic quodammodo par sit, jus naturale exposcit; At enim verò cùm non possit facilè alia commodior, & quæ obligationi ad ducendum magis respondeat inveniri, quàm si foemina, quæ dum stuprum passa est, indigna reddita est, Marito, in eo statu collocetur, ut suæ conditioni condignum reperire queat, dotationem pro sufficienti satisfactione agnovit quidem, circa modum tamen dotandi nihil constituit, nec integram, quam Pater dedisset, dotem à stupratore exigit, sed solùm quanti pluris valebat spes nuptiarum, quam adhuc integram habebat ante violationem. Less. de Iust. & Iur. lib. 2. c. 10. dub. 2. num. 11. Causa sinè quâ non hujus obligationis est stuprum foeminæ honestæ, absque promissione matrimonii illatum. Itaque ut huic obligationi sit locus I. Requi-

quiritur stuprum, quod Canonistæ ferè omnes definiunt
 per actum vitiosum, quo virgo corrumpitur, rupto eidem
 virginitatis Sigillo. Wiring. *ad Tit. X. de adult.* apud Ca-
 nis. *ibid.* Henric. Wagnerek *ad c. 1. X. de adult.* Lessius *lib. 2.*
c. 10. dub. 1. num. 1. Stuprum, inquit, seu virginis deflora-
tionem. Et certum est virginis expressè factam mentio-
 nem *Exod 22. Deut 22.* ex quibus textibus desumptum est
c. 1. X. de adult. *ibi: Qui virginem. &c.* Consentunt omnes
 ferè Moralistæ, qui stuprum dicunt injuriosam virginis de-
 florationem. Card. de Lugo *de l. & l. disp. 12 sect. 1. num. 11.*
 Quamvis autem vocabulum stupri de iure Romano tam la- 6
 tè accipiatur, ut omnia delicta carnis complectatur, etiam
 adulterium *l. 6. §. 1. ff. ad L. Iul. de adult. l. 101. de verb. signif.*
 Et nonnunquam Sodomiam *l. 1. §. 2. ff. de extraord. Crim. l.*
34. §. 1. ff. ad L. Iul. de adult. Attamen neque hæc, neque illa
 significatio huc pertinet. Quin potius stuprum definitur
 per concubitus illicitum, cum virgine vel viduâ honestè
 vivente, commissum. Mæv. *ad Ius Lub. part. 4. tit. 5. art. 1. n. 1.*
 scilicet, qui mulieri honestæ, & hæcenus non impudenti
 pudicitiam, optimum foeminarum ornamentum, adimit,
 & pravâ suâ concupiscentiâ facit, ut reddatur impudica, &
 deponat virtutem, quæ quàm maximè mulieres decet, sic-
 que adeò reddatur indigna, ut fieret Materfamilias, satisfa-
 cere mulieri illatum teneatur. Concubitus ergo requiri- 7
 tur sive copula Carnalis, per corporum conjunctionem, ut
 ut delictum non fuerit per seminis immissionem perfectè
 consummatum; quoniam eadem subest ratio pudicitie
 amissæ; Add. O. P. W. *fol. 263 §. So ab r re. ibi: umb der 8*
Versällung/oder beraubter Jungfrauschafft willen re. secus 9
 si attentatum sit, nec ad actum aliquem proximum res per-
 venerit. Farinac. *q. 147. num. 73. Berlich. part. 5. concl. 38.*
num. 70. Pro quâ sententiâ facit c. 1. X. de adult. ubi Ponti-
 fex

fex non acquiescit in solâ seductione, sed requirit dormitio-
 nem, quam Dd. communiter per corruptionem explicant,
 post plures Farinac. *d. q. 147. num. 73.* vid. tamen Nicol.
 10 Everhard. *Iun. vol. 2. Conf. 8. n. 75. & seq.* Multoque minus
 si sit suspicio aliqua copulæ peractæ, ita ut inde labem ali-
 quam contraxerit, ut probabiliter nemo inveniatur, qui
 eam ducat. Lefs. *de I. & l. lib. 2. c. 10. dub. 4. n. 35.* vid. tn. Lugo
de I. & l. disp. 12. sect. 1. n. 7. ubi dicit, *si quis pudicitiam ten-*
taverit puella, & in causâ sit, ut illa diffametur, ad resarcitio-
 11 *duceretur.* Non sufficiunt etiam ad dotationem verba ja-
 ctatoria, v. c. si juvenis hanc vel illam à se vitiatam & stu-
 pratum dixerit, ac diffamaverit. Quamvis enim injuria-
 12 rum actio detur puellæ contra ejusmodi Thraonica verba
 jactantem, vid. Speckhan. *cent. 2. class. 3. q. 9.* Ioh. à Sande
lib. 5. def. Frisc. tit. 8. def. 5. Carpz. *Iurispr. For. part. 4. const.*
45. def. 2. & Pr. Crim. part. 2. q. 96. sub quest. 6. Gail. *2. Ob-*
serv. 99. & prætereà ex officio à Iudice sit puniendus. Dd. *d. l.*
sicut & is, qui pudicitiam puellæ attentavit, & blandis ver-
bis ex pudicâ impudicam facere voluit. §. 1. Inst. l. 1. §. 2. l. 9.
§. 4. ff. de injur. Speckhan. *d. l.* aut ad stuprum sollicitavit
 13 Vinn. *ad d. §. 1.* Attamen neque ad ducendum, neque ad
 dotandum tenetur, quia corrupta non dicitur illa, cujus
 pudicitia est attentata. Stuprum igitur, sive corruptio ab
 14 eo, qui allegat, probanda venit, cum omnibus qualitati-
 bus. Card. Tusch. *tom. 7. conclus. 709 n. 33.* Alexander. *Conf.*
157. lib. 5. Tessaur. *decis. 3. num. 4.* Boërius. *decis. 299.* Nec
 creditur puellæ, quæ se à Iuvene vitiatam vel corruptam
 dicit, præprimis si sit vulgatæ pudicitæ, & famosum scor-
 tum, adeò, ut contra virum honestum talis inculpatio pro-
 lata, sinè aliis accedentibus indiciis, vid. Ioh. à Sande *lib. 7.*
tit. 10. d. 2. Carpz. *p. 1. const. 22. d. 1. & 5.* ne quidem ad in-
 qui-

quirendum, multò minus juramentum purgatorium, suffi- 15
 ciat. Carpz. *Proc. Iur. tit. 12. art. 3. num. 7.* Stryck. *in not. ad*
B. Brunn. Ius Ecclesiast. lib. 2. c. 18 § 28. verb. ut puella aliàs ho-
nesta fame p. 725. Nicol. Boërius *decis. 299. n. 4.* etsi jurata 16
 sit assertio. Mæv. *ad Ius Lub. p. 4. tit. 5. art. 1. num. 16.* aut eo
 tempore asserat, quo partus difficultate laborat. Mæv. *d. l.*
n. 17. Juramentum iudiciale tamen deferri posse, quod vel 17
 præstare, vel referre cogitur. tradit Mæv. *part. 4. tit. 5. art. 1.*
n. 18. de quo alii dubitant. Si verò stuprata sit extra stupri 18
 patientiam foemina honesta, hoc sanè tribuendum est ejus 19
 assertioni, ut contra inculpatum præsumptionem faciat,
 ad inquirendum & confrontandum, & si alia sint indicia
 contra eum, quæ ex nimia familiaritate, quæ inter incul-
 pantem & inculpatum intercessit, desumuntur, ad jura-
 mentum quoque purgationis inculpatò deferendum, suffi- 20
 ciunt. Mæv. *part. 3. decis. 73.* Carpz. *Pr. Cr. q. 122. num. 77.*
 Circa quam delationem magnà cautione opus videtur, 21
 Brunnem. *ad Ius Eccles. lib. 2. c. 18. num. 28. in fin.* *Prompti*
enim sunt jurare, ibidem scribit Additionator Dn. Stryck.
sepius amatores illi, postquam explenda libidinis copiam ha-
buerunt, ut inde gravis admonitio de vitando perjurio necessa-
ria sit, cui admonitioni ut eò gravius concilietur pondus,
conducit Ecclesiæ Ministros adhibuisse, qui conscientiam jura-
ntis moveant. Unde in Facultate ita pronunciatum refert: 22
 Weil Inquisitin sonst keine übele Nachrede hatt / sondern
 sich wohl verhalten / auch in ihrer Bekändnus beständig
 bleibet / so ist inquisito beweglich zuzureden / die Warheit zu
 bekennen / im fall er aber dennoch die fleischliche Vermischung
 nicht zu gestehen wolte / ist inquisitus mit Zuziehung eines
 Predigers / welcher ihm sein Gewissen schärpffe / wegen
 Straffe des Meineydes genugsam verwarne / mittelst Endes
 sich zu purgiren schuldig / daß Er mit Inquisitin niemahls
 C Inzucht

- 23 **Unzucht getrieben / wann solches geschehen / ist er von ange-**
stellter Inquisition zu absolviren. Circa foeminae honesta-
 tem tamen illud notandum, quod in dubio honestas vitae
 in eâ praesumatur; Unde qui eam impugnat, non est au-
 diendus, nisi turpitudinem morum & famae de meretriciâ
 sorte ostendat. post Mascard. *de probat. concl.* 1410. *vol.* 3.
Mæv. part. 3. *decis.* 73. *n.* 6. quæ solâ vilitate conditionis non
 probatur, *arg. l. humilem.* 7. *C. de incest. nupt.* *Mæv. d. l. in*
 24 *fin.* ex quo est, quod ea, quæ se devirginatam dicit, habeat
 pro se juris praesumptionem, & virgo praesumatur, nisi
 contrarium probetur. Card. de Lugo *de l. & I. disp.* 12. *sect.* 1.
num. 3. Molina *de iust. & iur. tr.* 3. *disp.* 104. *num.* 14. Illud
 25 quoad stuprum nihil interest, quibus verbis puella ad stuprû
 fuerit inducta, blanditiis nempe, donis, precibus, fraude
 etiam si extorserit copulam, magis eam dotare debet. *arg.*
l. 9. §. 1. ff. ad L. Iul. de adult. Farinac. *q.* 147. *num.* 34. Berlich.
p. 5. concl. 38. *num.* 27. Carpz. *q.* 68. *num.* 29. Lessius *lib.* 2.
c. 10. *dub.* 2. *num.* 10. Quò facit Ordinatio Bavarica, *p. 5. tit.*
 18. ibi: **Durch Nachstellung / Kuplerey / Schenkungen /**
Verheissungen / Vollmachend. Quid si importunis solli-
 26 citationibus? Omnino idem dicendum, Less. *d. l. num.* 13.
 ubi proponit casum, si sollicitationes sint adeò importunae,
 ut ipsa malit grave illud virginitatis detrimentum pati,
 quàm assidue tam importunâ sollicitatione exerceri, alle-
 gans Exemplum Dalilæ, quibus expugnavit Samsonem, sed
 fatetur ipse, nihil hic metuendum esse, hanc enim mole-
 stiam aliâ ratione excutere posse, conceptâ irâ & indigna-
 tione, quam conceperint, sicut in hâc causâ deceat: Quid
 si fallaciter fuerit inducta, fingendo se divitem aut Nobi-
 lem? Quin ad damni resarcitionem teneatur, non est dubi-
 tandum. Less. *lib.* 2. *c.* 10. *dub.* 2. *num.* 12. Sed annon hoc in
 casu

casu matrimonium petere possit, ex eo, quod qui fingit aliquid, ob quod alter consentit, & cupit gratificari sibi, sine quo non consensisset, magnam videtur ei injuriam facere, unde ad matrimonium fingentem teneri, putat Covarruv. *de sponsal part. 2. c. 6. §. 8. num. 19.* laudatus à Less. *d. l.* sed ipse rectius contrarium statuit. Quid si consentiat, an ad dotandum teneatur? Communiter dicunt, si liberè consentiat, id est, sine vi, metu, fraude & suasionibus, non teneri, eò quòd volenti non fiat injuria. *l. 1. §. 5. ff. de injur.* vid. Less. *de l. & l. lib. 2. cap. 10. dub. 1. num. 9.* Card. de Lugo *disp. 12. sect. 1. num. 2.* Molina *de iust. & iur. tr. 3. d. 106. n. 1.* Mæv. *part. 4. tit. 5. art. 1. n. 13.* Alii dicunt, non cessare dotandi obligationem, etsi consenserit stuprata, Harppr. *ad §. 4. l. de publ. jud. num. 96.* Berlich. *part. 5. concl. 38. n. 30.* Carpz. *Pr. Cr. q. 68. num. 41.* Unde dicit Abbas *ad c. 1. X. de adult.* hoc cap. locum habere, non solum, quando vir seduxit, sed etiam si illam non seduxit, illave sponte acquievit, quia virgo semper seducta præsumitur. Gomez. *ad L. Tauri 80. cum seqq. num. 5.* Farinac. *q. 147. num. 54.* Et in dubio non præsumitur voluntas mulieris, sed deflorans virginem, debet eam probare. Trentacinq. *Var. Res. lib. 3. Resol. de matrim. n. 2.* Certè, si consensus mulieris excluderet dotationem, vix unquam locus esset eidem, quia extra casum, quo vi aut metu est compressa, consensisse credendum, si non ab initio, tamen ex post facto. Ita enim Lessius *de l. & l. lib. 2. c. 10. dub. 2. num. 14.* Quamvis ab initio videantur multum repugnare, postea tamen sæpè libenter consentiunt. Diss. Mæv. *part. 4. tit. 5. art. 1. n. 13.* Farinac. *q. 147. n. 54.* Illud apud nos dubium habet nullum, si planè non sit à juvene seducta puella, sed occasionem stupri ipsa dederit, veniendo ad cubiculum vel lectum juvenis, omnem dotandi obligationem tunc cessare. Lessius *lib. 2. c. 10. dub. 2. n. 9.* Lu-

705
 go de l. & l. disp. 12. sect. 1. num. 2. Molina de l. & l. tr. 3. disp.
 104. num. 10. Richter. decis. 88. num. 20. facit O. P. W. fol.
 263. §. So aber ein ledige. Aliter si diceretur, non deessent
 puellæ vilis conditionis, quæ spe matrimonii aut dotatio-
 nis omnem occasionem captarent, juvenes alliciendi, &
 31 ad stuprum inducendi. Quicquid sit, de Iure Bavarico
 stuprator etiam hoc casu dotare tenetur. Bayer. Land R. p.
 32 5. Tit. 18. von Jungfrawschwächen etc. in fin. Idem dicen-
 dum de Iure Lubecensi, per tradita Mæv. part. 4 tit. 5. art. 1.
 33 num. 13. Illis verò in casibus, quibus occasionem puella de-
 dit, Patri contra stupratorem actio injuriarum datur. Ba-
 jard. ad Iul. Clar. §. stuprum. num. 28. Sanchez. de Matrim.
 lib. 7. disp. 14. n. 11. Lugo de l. & l. disp. 12. sect. 1. n. 28. Quid
 34 si liberè consenserit, & stupro occasionem dederit, stupa-
 tor autem non interrogatus à Iudice spontè propalaverit,
 quod in occulto gestum, ita ut ex propalatione infamiam
 illa incurreret? Ad resarcitionem damni stupratorem teneri,
 idem putat d. l. sect. 1. n. 6. Deinde nec illud refert, utrum
 35 stuprum sit simplex, an verò violentum. Per vim stupra-
 tam æquè tenetur dotare stuprator, quamvis ob id ultimo
 36 deinceps supplicio afficiatur; Quamvis enim contrarium
 placuerit Carpz. Pr. Cr. p. 2. q. 68. num. 63. Attamen rectè ei
 dicam scripsit, Oldekop. contra Carpz. decad. 2. q. 3. Less. de
 37 l. & l. lib. 2. c. 10. dub. 2. n. 12. ne scilicet deterioris sit con-
 ditionis ea, quæ per vim stuprum est passa, quam illa, cui
 simplex stuprum illatum. Ob duplex nimirum, quod hîc
 versatur interesse, disciplinæ scil. publicæ, & satisfactionis
 stupratæ, ideoque, ut utrique satisfiat, necesse est; Unde in
 casu etiam, quo stuprator fustigationem passus est, dotatio-
 nem dicunt Scabini Lipsienses, apud Hartm. Pistor. Obs.
 161. in fin. add. Brunnem. Iur. Eccles. lib. 2. c. 18. th. 27. Quâ
 38 ratione Comiti cuidam in Bavariâ, ob plures puellas in ar-
 cem

cem suam, ope alicujus lenæ ad se perductas, & per vim corruptas, non obstante gladii poenâ; quam dicuntur I Cti Marpurgenses, Tubingenses, Ingolstadienses, apud Nicol. Everhard. *vol. 2. Conf. 8. n. 68.* dotationis onus impositum, constat ex iis, quæ tradit idem. *d. l. n. 75. 76.* Nec attendebatur, quòd non omninò essent violatæ, sed illorum solùm pudicitia attentata per Comitem; namque ob id, quòd tam gravi injuriâ affectæ essent, in solatium injuriæ circa pudicitiam virginitatis eis illatæ, hocce casu ex Comitis bonis adjudicabatur dos. Nic. Everhard. *d. l. num. 76.* An verò ab hoc dotationis onere immunis sit, qui per vim stupravit, si stupratam matrimonio sibi junxerit, dicendum in seqq. Stuprum deinde ad hoc, ut dotationis necessitas incumbat stupratori, non sufficit, sed potest ab hoc onere se se, ducendo eam in matrimonium, liberare. Namque ex iis, quæ superius tradita sunt, facilè colligendum, alterutrum eligendum, nempe ut vel ducat vel dotet. Ergò si præeligat ducere foeminam, absolvendus est, *Mæv. p. 4. tit. 5. art. 1. n. 19.* quamvis enim ne sic quidem videatur satisfactum stupratæ ex omni parte, ratione damni sibi illati, eò, quòd mortuo iterum Marito, majori opus habitura sit dote, ut alium invenire queat Maritum; sufficit tamen tantam habere dotem, quantam habuisset, si non fuisset deflorata, *Lugo de I. & I. disp. 12. sect. 1. num. 11.* Cui autem arbitrium sive electio competat, Judici ne, an stupratori, aut stupratæ, non satis inter omnes constat; sanè Iudicem eligere non posse alterutrum, illudque stupratori imponere, patet ex præcedentibus; Nec enim ob id, quod partibus hoc concessum, Magistratui id licebit, arg. eorum, quæ tradit Jacob. Wissembach. *disp. ad π. tit. de adult. th. 27. add. Damhoud. Pr. Cr. c. 92. n. 6.* De partibus verò litigantibus major est controversia. Communiter Dd. optionem hanc concedunt

dunt stupratori, qui offerendo sese in conjugem, à dotis præstatione sese liberare possit. Molina *de l. & l. tr. 3. d. 104. n. 16.* Harpprecht. *ad §. 4. l. de publ. jud. n. 92.* Ioh. à Sande *lib. 4. tit. 1. def. 10.* Grœneweg. *de LL. abrog. ad §. 4. l. de publ. jud. n. 17.* Berlich. *part. 5. concl. 38. num. 16.* Mæv. *p. 4. tit. 5. art. 1. num. 3.* Carpz. *q. 68. n. 12.* Lugo *d. disp. 12. sect. 1. n. 12.*

44 quorum sententia dubium apud nos habet nullum, quando disparitas personarum non obstat, quamvis & de eo dubitet Lugo *d. l.* & si inter utrumque par sit conditio, non existimet arctandam foeminam, ad illud genus compensationis acceptandum, cum ne sic quidem compensaretur æqualiter damnum injustè sibi illatum, antea enim habebat foemina libertatem nubendi, cui vellet, quâ libertate privaretur, si optio esset stupratoris, quia fortè ei non placet: Hoc tamen non obstante, à communi *Ud.* sententiâ non est recedendum; sibi enim imputet stuprata, quod hanc libertatem eligendi suâ voluntate amiserit.

45 Quid verò si non sint in pari conditione, sed inæquales, ratione dignitatis tam nativæ quàm dativæ? sanè contra omnem æquitatem dicit Card. de Lugo *d. l. foeminam v. c. Nobilem obligari ad tales nuptias*, quia sic non compensaretur, sed potiùs auferetur damnum, quod illi hâc ratione abest. Verum enim verò cautiùs mercari discant foeminæ Nobiles, ne in damna ejusmodi suâpte culpâ incidant (vid. *l. 2. C. de furt.*) Quæ autem de arbitrio stupratoris modo sunt

46 dicta, tacitam habent conditionem, si Parentes filiam stupratori in matrimonium dare velint. Est enim ad arbitrium quoque Parentum astringenda hæc dotatio. Unde si præligat stuprator ducere foeminam, Parentes tamen ex justis causis eandem in matrimonium dare recusent, dotandi obligatio cessat vel minimè. Mæv. *part. 4. tit. 5. art. 1. n. 19.* modò recusatio sit justa, si enim nulla esset justa

recu-

266

recusandi causa, ad dotem non obligaretur. *Mæv. d. l. n. 20.*
Richt. p. 1. dec. 88. n. 25. vid. tamen eundem *vol. 2. conf. 355.*
n. 7. *Carpzov. p. 4. c. 27. d. 1. n. 8.* *Damhoud. Pr. Cr. c. 92.*
n. 7. Quid si ducere quidem velit, sed eam ducere non 47
 possit, puta ob consanguinitatem? videtur multò magis
 dotanda, quoniam ob majorem delicti deformitatem, ægrè
 fit inventura Maritum, si ignoravit. vid. *infra.* sed contra-
 rium est verius. Quia qui per stuprum puellam vitiavit,
 dotare cogitur. Hic verò stuprum aliud crimen conjun-
 ctum habet, nempe Incestum, cujus delicti tanta est foedi-
 tas, ut indigna matrimonio videatur ea, quæ sub spe matri-
 monii, in stuprum consentire non potuit. *Carpz. qu. 68.*
n. 72. utique si sciverit esse consanguineam, de quo *infra.* 48

M E M B R U M III.

Subjectum Dotationis sistit.

S U M M A R I A.

<i>Dotem petit vitiata.</i>	1. <i>Lubecensis.</i>	13.
<i>Non Parentes.</i>	2. <i>Secus O. P. Württemberg.</i>	14.
<i>Sed habent hi actionem injuriarum.</i>	<i>Quid in Frisiâ</i>	
	3. <i>Hollandiâ.</i>	15.
<i>Sed soluta tantùm.</i>	4. <i>Si per vim stuprata sit vidua.</i>	16.
<i>Quid si desponsata?</i>	5. <i>Alia Exempla.</i>	17.
<i>Ratio dubitandi.</i>	6. <i>An stuprata heredes?</i>	18.
<i>Etiã Vidua.</i>	7. <i>Refellitur Lessius.</i>	19.
<i>Varie opiniones de eâ.</i>	8. <i>Vera opinio.</i>	20.
<i>Vera opinio.</i>	9. <i>Etiã vilis persona dotanda est.</i>	21.
<i>Ratio.</i>	10. <i>Ancilla.</i>	22.
	<i>Inhonestam stuprans non dotare te-</i>	
<i>Quod</i>	<i>netur.</i>	23.
<i>Constitutio probat</i>	11. <i>Honestam quæ dicatur.</i>	24.
<i>Saxonica.</i>	12. <i>Talis præsumitur.</i>	25.
<i>Brandenburgica.</i>		<i>Quid</i>

<i>Quid si super Virginitate juramen-</i>		<i>Ratio dubitandi.</i>	47.
<i>tum deferatur.</i>	26.	<i>Vera Ratio.</i>	48.
<i>Quid si deponat honestatem.</i>	27.	<i>Multo minus, quæ sub spe matrimo-</i>	
<i>Subj. Passivum est stuprator.</i>	28.	<i>monii sponsum admisit.</i>	49.
<i>Cujuscunque conditionis.</i>	29.	<i>Quid si sponsum ignoravit.</i>	50.
<i>Etiam Clericus.</i>	30.	<i>Ratio dubitandi.</i>	51.
<i>An Maritus.</i>	31.	<i>Quid si sint de futuro?</i>	52.
<i>Varia opiniones.</i>	32.	<i>Quid si clandestina sint sponsalia?</i>	53.
<i>Rationes excutiuntur.</i>	33.	<i>Si plures habeant rem cum eâ.</i>	54.
<i>Vera opinio.</i>	34.	<i>Si post stuprum cum aliâ matrimo-</i>	
<i>Quæ sciens Maritum admittit non</i>		<i>nium contraxerit.</i>	55.
<i>est dotanda.</i>	35.	<i>Si unus rem cum pluribus.</i>	56.
<i>Ratio.</i>	36.	<i>An contra heredes detur hæc actio?</i>	
<i>Secus quæ ignorans.</i>	37.		57.
<i>Etiam Jure Wirtemberg.</i>	38.	<i>Bertazzoli sententia.</i>	58.
<i>Quis ignorantiam probet.</i>	39.	<i>An sit ex delicto hæc actio.</i>	59.
<i>Si sponsus stupraverit aliam.</i>	40.	<i>Vera opinio.</i>	60.
<i>Examinatur Mæv. opinio.</i>	41.	<i>Est ex Canone.</i>	61.
<i>Eadem dist. repetenda.</i>	42.	<i>Daturque contra heredes.</i>	62.
<i>Ac inter sponsalia de presenti & de</i>		<i>Ad exemplum conditionis furii-</i>	
<i>futuro.</i>	43.	<i>ve.</i>	63.
<i>Quid si sint de presenti.</i>	44.	<i>Oppositio prima.</i>	64.
<i>Nec ducere.</i>	45.	<i>Alterâ.</i>	65.
<i>Nec dotare cogitur.</i>	46.	<i>Tertia.</i>	66.

SUBJECTUM hujus obligationis est Debitor & Creditor.

Creditor qui dotem petit, Debitor, à quo dos petitur.

- 1 Dotem autem petit foemina stuprata, quæ extra id, quod stuprum passa est, honestè vixit. Foemina itaque stuprata sive vitiatæ actio competit, non ejus Parentibus, aut consanguineis, quantumvis sub curâ fuerit Parentum. Quamvis enim Parentes eo ipso sint injuriâ, & maximo mœrore affecti, ob familiam conspurcatam, & spem frustratam. *Lefs. de l. & l. lib. 2. c. 10. dub. 1. n. 2. Molina. de l. & l. tr. 3. D. 104. n. 1.* suo tamen nomine ad dotandum actionem habent nul-

nullam, quia non Parentibus, sed filiabus hæc dos debe-
 tur. Less. lib. 2. c. 10. dub. 2. inf. sed contra stupratorem ob ³ *vid. Membr.*
 injurias illatas actio iisdem non deneganda, Patri præpri- ^{n. 33.}
 mis §. 1. 2. de injur. Ex parte verò foeminae requiritur, ut sit ⁴
 soluta, etiam de lure divino. Exod. 22. v. 16. Deut. 22. v. 28.
 c. 1. X. de adult. In eam namque quæ conjugata est, non stu-
 prum, sed adulterium committitur. l. 34. §. 1. ff. de adult. l.
 6. §. 1. eod. ac proinde cessante causâ, cessat etiam effectus.
 Quid si desponsata sit, annon ob id, quod sponso eandem ⁵
 repudiante, non sit nubendi conditionem inventura, age-
 re possit, ut stuprator vel ducat vel dotet? Quod ex eadem ⁶
 ratione negandum; Adulterium namque etiam in sponsam
 committitur, quia nec spem matrimonii violare licet l. 13.
 §. 3. ff. ad L. Iul. de adult. Anton. Matth. de Crim. lib. 48. tit.
 3. c. 1. n. 9. Theodoric. in Coll. Crim. disp. 6. th. 2. lit. H. Bocer.
 de adult. c. 1. n. 41. Carpz. lib. 6. tit. 6. Resp. 62. n. 7. nisi is, qui
 desponsatam vitiavit, eam pro solutâ habuerit. Colerus.
 decis. 176. n. 88. de quo plura infra. Circa personam solu- ⁷
 tam nihil interest, virgine fuerit an vidua. De hæc qui-
 dem non levis est inter Dd. pugna, an & illi dos debeatur à
 stupratore? Stante hæc hypothesi, quòd dos isthæc solva- ⁸
 tur pro defloratione, vid. Fürstl. Württ. Lands Ord. p. 263.
 §. da aber. ibi: vor die Verfallung und beraubte Jung-
 frau schaffe. nihilque aliud sit, quàm pretium virginitatis
 amissæ, uti vult Henr. Zoel. in Comment. ad Tit. X. de sponsal.
 num. 2. Stuprum quoque strictè sumptum sit illicita virgi-
 num defloratio. c. lex. 36. q. 1. certum est, viduæ actionem
 competere nullam. Facit textus Exod. 22. v. 16. Deut. 22. v.
 28. ubi virginis expressè fit mentio. Cùm verò præsup-
 positâ juris Civilis ratione in viduam non minus, ac virgi- ⁹
 nem stuprum committatur l. 101. de V. S. Add. §. 4. l. de publ.
 jud. Molina de l. & l. tr. 3. disp. 104. n. 2. Et satisfactio hæc
 D respi-

respiciat damni refarcitionem, in compensationem dene-
 gati matrimonii: v. *suprà c. 3. membr. 1. n. 4.* proinde vidua ad
 10 dotem rectè agit. Quamvis enim, si non fuisset vitiata, nu-
 bendi conditionem non facilè sit inventura, cum non sint
 tam favorabiles secundæ nuptiæ, quàm fuerunt primæ. *tot.*
tit. X. de secund. Nupt. nihil tamen hoc juvat stupratorem,
 qui si ducere eam vel dotare noluisse, ad concubitum eam
 allicere non debuisset. Stryck. *in addit. ad Brunn. Ius Eccles.*
lib. 2. c. 18. n. 28. Carpz. *Iur. For. p. 4. c. 27. d. 4. n. 2.* Quò
 11 facit *Constitutio Electoralis Saxonica*, quæ viduæ expressè fa-
 12 cit mentionem, *p. 4. Const. 27. Brandenburgica, Art. 62. te-*
 13 *ste Dn. Stryck. d. l. Lubecensis, part. 4. tit. 5. art. 1.* ubi Max.
 14 *n. 9.* Sanè multorum locorum statutis vidua, ad dotem
 exigendam, actionem habet nullam. vid. *O. P. W. p. 263. §.*
 15 *So aber ic. ibi: So sie ein Jungfraw gewesen.* Moribus Fri-
 siz idem observari, tradit Joh. à Sande *lib. 2. tit. 1. def. 10.*
 Add. Simon à Grænev. *de LL. abrog. ad §. 4. I. de publ. jud.*
n. 18. ibi: caterùm si quis viduam sine vi stupravit, moribus non
 16 *tenetur.* Quid ergò si per vim stuprata sit vidua? Puto,
 omninò idem dicendum, quod de simplici stupro: Quia
 qui stupratam dotare compellitur, etiam vi stupratam
 dotare debet; cum & hæc stuprum, quod, uti dictum, est
 17 causa sine quâ non hujus satisfactionis, sit passa. Porro, si
 stuprum illatum aggravantes habeat circumstantias, adhuc
 tamen dotare cogitur. v. c. si sit commissum in foeminam,
 cujus pudicitiam quis custodire debebat. v. gr. Tutor
 pupillam: *l. un. C. si quis eam, cujus tutor.* ubi Brunnem.
 Commentariensis foeminam suæ custodiæ commis-
 sam; aut inebriatam, præprimis si stuprator causa inebria-
 tionis existit: vel cui reverentiam debet quis, stupraverit.
 18 Quia quò magis injustius est stuprum: eò majori compen-
 satione dignum. Quid si stuprata, antequam dos sit à stu-
 pratore

pratore soluta, decesserit, ane jus exigendi dotem ad hære-
 des transmittet? Neg. Less. de l. & l. lib. 2. c. 10. dub. 2. n. 18. 19
 ibi: nec hæredes puella potuerunt exigere, si ipsa ante tempus
 nubendi obierit, & ante obitum pacta non fuerit; quia damnum
 non est secutum. Sed contrariam sententiam rectius alii 20
 defendunt. Quia ex delicto etiam venientes actiones, mo-
 dō non ad meram tendant vindictam, & specialiter exceptæ
 reperiantur, ad hæredes actoris transeunt, tam pœnales,
 quàm rei persecutoriæ, l. 1. §. 1. ff. de priv. del. nedum hæc no-
 stra, nec ulla subest ratio solida, quæ hæredes ab hâc satisfa-
 ctione excludere possit. Dn. Stryck. in addit. ad B. Brunn. Ius
 Eccles. lib. 2. c. 18. n. 28. p. 723. Carpz. q. 68. n. 34. Berlich. part.
 5. concl. 38. n. 26. Perez. in C. sit. ad L. lul. de adult. n. 53. Illud
 quoque nil refert, cujuscunque sit conditionis. Qui enim 21
 humilioris conditionis & pauperem vitiavit, dotare cogi-
 tur, Farinac. q. 147. n. 71. Berl. p. 5. concl. 38. num. 77. Carpz.
 q. 68. num. 57. quia non solùm puellæ divites & splendidæ,
 sed etiam humiliori loco natæ, & pauperulæ honestæ
 sunt, arg. l. 7. C. de incest. nupt. Mæv. ad Ius Lubec. p. 4. t. 5.
 art. 2. num. 5. Et omnes foeminas sui sexus propriam virtu-
 tem, pudicitiam nempe, servare decet. Non minus itaque,
 imò magis injustus est, qui nunquam habet animum du-
 cendi uxorem, cum quâ rem habuit, quàm qui injustum
 per stuprum illatum per subsequens matrimonium corri-
 gere & compensare cupit. vid. Dn. Felden. Element. Jurispr.
 part. 2. art. 4. p. 265. Hinc qui ancillam stupravit, quæ al- 22
 teri pro victu & amictu famulatur, dotare tenetur, Ægid.
 Boss. de coitu damnato num. 27. Bajard. ad Iul. Clar. §. stuprum.
 n. 27. §. sed quicquid. Idem dicendum de eo, qui vitiavit
 foeminam, quæ famulatum in cauponis, (Wirths Röchin)
 aut pro studiosorum compendiis, præstat. Mæv. p. 4. t. 5.
 art. 2. num. 8. Prætercà requiritur, ut sit persona honesta, 23
 D 2 quia

quia meretricem dotare nemo tenetur. Tessaure. *decis.* 3. n. 3.
 Menoch. *de A. I. Q. lib. 2. cent. 3. cas. 288. num. 15.* Carpzov.
q. 68. n. 56. Farinac. *q. 147. n. 83.* Honestam describunt per-
 sonam, quæ nempe est sub curâ Parentum aut Tutorum.
 Less. *de I. & I. lib. 2. c. 10. dub. 1. num. 2.* Unde si non sit sub
 24 custodiâ Parentum aut Tutorum, non tantam esse hujus
 delicti deformitatem opinatur. Verùm si sit sub custodiâ
 Propinquorum, aut aliarum honestarum personarum,
 Mæv. *ad Ius Lub. p. 4. t. 5. art. 1. n. 12.* aut in honesto famulatio;
 imò amplius si sola habitet, & propriis manibus victum sibi
 quærat, nendo, vel alio modo, adhuc tamen idem dicen-
 dum. Namque honesta dicitur, quæ extra stupri patientiam
 est honesta, hætenus bonæ vitæ & famæ, non impudica.
 25 Præsumitur autem honesta, donec contrarium à stupratore
 fuerit probatum. Mæv. *part. 3. dec. 73. in fin.* Iul. Clar. *lib. 5.*
§. stuprum. n. 4. Card. Tusch. *tom. 7. concl. 709. n. 39.* Me-
 noch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 89. n. 3.* Cravetta *lib. 1.*
conf. 166. n. 5. Mæv. *ad Ius Lub. lib. 4. tit. 5. art. 1. n. 12.* Quid
 si is stuprum fateatur, & deferat super virginitate juramen-
 tum defloratæ, quæritur an jurare cogatur? Quamvis pro se
 habeat honestatis præsumptionem, si tñ. esset aliqua præ-
 sumptio in contrariū, & stuprator de calumniâ juret, quòd
 tale juramentum (judiciale intelligo) calumniandi animo
 non detulerit, jurare tamen compellendam putarem. vid.
 Speidel. *Specul. Var. Obs. voc. Rindschwängerung.* Qui qui-
 dem loquitur de juramento purgationis, sed in eo lapsus est,
 quoniam hoc juramentum non defert pars parti, sed iudex.
 26 vid. B. Lauterb. *Tr. Synopt. de jurament. §. 3. n. 57.* Et satis
 est, tempore stupri extra id fuisse honestam. Quæ post stu-
 prum meretriciam agit vitam, ducenda quidem non est,
 tametsi sub promissione matrimonii in stuprum consen-
 serit, dotanda tamen. Bajard. *ad Iul. Clar. lib. 5. §. stuprum.*
n. 16. Berl. *concl. 38. n. 39.* Speidel. *Specul. Var. Observ. voc.*
Rinds

269

Rindschwängerung. & stuprator auctor malorum mo-
 rum fuisse videtur. Mæv. *ad Ius Lubec. p. 4. t. 5. artic. 1.*
num. 14. Diss. Farinac. *q. 147. num. 79.* Richter. *decis. 88.*
num. 21. *Subjectum passivum* hujus dotationis est *Stuprator*, 28
 cujuscunque generis aut conditionis. Unde Comiti onus
 dotandi imposuisse Jctos Ingolstadienses, constat ex iis,
 quæ habet Nicol. Everh. Jun. *vol. 2. Consil. 8.* Add. Hartm. 29
 Pistor. *Observ. 161. ferè in fin. v. c. si Nobilis eam, quæ*
 non est suæ conditionis, sed ancillam stupravit, dos præ-
 standa. Carpz. *q. 68. n. 60.* Hartm. Pistor. *d. l. Nec Cleri-* 30
cus excipitur, quamvis enim is patiatur poenam depositio-
nis, dotare tamen cogitur. Panormit. *ad c. 2. X. de adult. Jul.*
Clar. lib. 5. §. stuprum. n. 3. Farinac. *q. 147. n. 107.* Quid si 31
 Maritus sit, qui foeminam stupravit, an dotare eandem te-
 nearur? Affirmat Berlich. *p. 5. concl. 38 num. 35.* Farinac.
q. 147. num. 110. sed contrarium defendunt Carpz. *Pr. Cr. 32*
q. 68. n. 70. Damhoud. *Pr. Crim. c. 92. n. 7.* Richter. *vol. 2.*
Cons. 355. n. 9. Mæv. *p. 4. tit. 5. art. 1. n. 9.* moti præprimis
 hæc ratione, quod sic arbitrium adimeretur Marito, vel du- 33
 cendi vel dotandi, cum ducere eandem non possit. Verum
 enimverò si hæc ratio esset alicujus momenti, tunc simili-
 ter, nec qui per vim stuprum intulit, dotare cogereretur, cum
 & ei, ad ultimum supplicium ob tam enorme facinus con-
 demnato, arbitrium ducendi vel dotandi adimatur, cujus
 tamen contrarium suprâ ostensum fuit. Deinde, qui puel-
 lam vitiavit, & cum aliâ postea matrimonium contraxit,
 arbitrium an ducere, an dotare velit, habet nullum, quem
 tamen à dotationis onere immunem esse nemo facile di-
 xerit. vid. ipse Carpz. *p. 4. c. 27. def. 3.* Mæv. *ad Ius Lub. p. 4.*
tit. 5. art. 1. n. 10. Berl. *concl. 38. n. 34.* Alii distinguunt; an 34
 sciverit stuprata esse uxorem, an verò hoc ignoraverit, ut
 priori casu dotem petere nequeat, sed posteriori. Speidel. 35
Spec. Var. Obs. voc. Rindschwängerung. Christoph. Philipp.

- Richter. *part. 1. d. 88. num. 12. 13. 14.* Quæ distinctio non caret ratione. Nam quæ sciens prudensque puella, marito usuram corporis sui facit, ei sanè jure meritoque dotis exactio denegatur, non solùm ex eo, quod non stuprum, sed adulterium de Jure Canon. moribus comprobato, sit commissum. Carpz. *q. 53. n. 48.* Leges autem dotationem exigentes, de stupro loquantur, non de adulterio, sed & ideò, quia vel scit, vel scire potest, ei, ceu adulteræ, damnum nullatenus resarciri posse, cùm adulterii damnatam, etsi vel maximè sit dotata, sine lenocinii notâ, nemo in matrimonium facilè duxerit. arg. *l. 29. §. 1. ff. ad L. Iul. de adult.* quâ fronte igitur dotem exiget, quæ alterius thorum tam turpiter violavit, uxoremque ac liberos sæpè ingenti mœrore ac tristitiâ affecit. Et de hoc quoque casu intelligenda haud dubiè *Ordinat. Provincial. Württembergica*, quæ disertis verbis loquitur de stupratore soluto. *§. W. Lands-Ordn. p. 263. §. So aber u. ibi: ein ledige Mannsperson.*
- 37 Aliud dicendum de eâ, quæ per ignorantiam Maritum admisit, credens damnum, quod patitur, sibi vel ducendo, vel dotando resarciri posse. Hæc enim nec adultera propriè dici potest, cum sine dolo adulterium non committatur, atque à dolo justa ignorantia excuset, *l. 12. l. pen. ff. ad L. Iul. de adult. c. 6. 32. q. 5. l. 4. C. de incest. nupt. add. l. 15. §. 15. ff. de injur.* Carpz. *Pr. Crim. q. 61. num. 42.* Bocer. *de adult. cap. 1. num. 59.* Quæ itaque ignorans conjugatum admittit, spe matrimonii, vel dotis consequendæ hoc fecisse præsumitur, & quantum ad ipsam attinet, non aliam, quam stupri pœnam incurrit, ac proinde dotanda; Etiam jure Württembergico. Non obstante *d. §. ibi: ein ledige u.* Nam statuta interpretationem recipiunt passivam ex jure communi, pervulgat. Cùm verò & hîc stuprum tantùm ex parte stupratæ sit commissum, non poterit sese à dotatione liberare mari-

maritus adulter. Sed non aliter, quàm si ignorantiam 39
ipsa probaverit, saltem conjecturis & præsumptionibus, aut
his deficientibus, juramento. vid. Carpz. *Pr. Cr. q. 61. n. 50.*
Bocer. *de adult. c. 1. n. 60.* hætenus à nobis dissentiens, quòd
ignorantiam præsumi statuat. *d. c. 1. n. 59.* quod nobis à iu-
ris veritate alienum videtur, arg. *l. 1. C. ad L. Corn. de Sicar.*
l. 5. C. de injur. facit l. 19. de R. I. Quæ de Marito suprà sunt 40
dicta, scilicet ab eo dotem exigi non posse, obtinere simili-
ter in sponso, tradit Mæv. *p. 4. tit. 5. art. 1. num. 9. inf.* Ve- 41
rùm eadem distinctio repetenda, inter puellam scientem 42
& ignorantem. Deinceps, si sponsum esse sciverit, multùm
interest, inter sponsalia de præsentì, & de futuro. De præ- 43
senti qui sponsalia contraxit, si oblitus fidei, quam sponsæ 44
dedit, aliam ad stuprum sollicitaverit, electionem & arbi-
trium, ducerene an dotare velit, habet nullum, quia nec
si maximè velit ducere vitiatam potest, tametsi promiserit
ei conjugium, illaque sub tali conditione in stuprum con- 45
senserit. Promisit enim id, quod ampliùs in suâ potestate
non habuit, frangere nempe fidem sponsalitiã, priori
sponsæ semel datam. Ac proinde cùm concurrant hîc plu-
ra sponsalia de præsentì, juxta regulam priora erunt præfe-
renda, *c. 22. X. de sponsal.* Carpzov. *Jurispr. Conf. lib. 2. tit. 4.*
def. 63. utut posterioribus copula carnalis accesserit. Carpz.
d. l. def. 65. per tot. sed an dotare teneatur, cui sub promissio- 46
ne matrimonii intulit stuprum, puellam aut viduam, ar-
dua est quæstio? sanè, qui dotandam putant, non leve inde 47
assertionis suæ ponunt stabilimentum, quòd sic melioris
conditionis videatur sponsus, qui oblitus fidei aliam com-
pressit, quàm simplex, & quod magis est solutus stuprator,
cui onus dotandi jura imponunt sine ullâ hæsitatione. Ve- 48
rum enim verò cùm & hæc conjunctio stuprum propriè
non sit, sed adulterii, imò bigamiæ speciem habeat, vid. latè
Carpz.

48 *Carpz. Iurispr. Consist. lib. 2. tit. 4. def. 63.* eapropter puella
 sciens conditionem stupratoris, tametsi sub spe matrimo-
 nii copiam sui faciat, nullam ad dotem habet actionem.
 49 Multoque minus, si non sub spe matrimonii petentem coi-
 rum admiserit; vel enim scivit, aut certè facile scire po-
 tuit, jura ei non favere, dum turpis lucri gratiâ maximum,
 50 quod habuit, ornamentum, pudicitiam nempe, concedit
 ei, quem Maritum sperare nec poterat, nec debebat.
 51 Alia ratio videtur esse ejus, quæ dum conditionem sponsi
 ignoravit, vel cum, vel sinè promissione matrimonii, cor-
 poris usum concessit. Posteaquam enim, quicquid vitio-
 sitatis habet hic actus, si non per omnia stuprum dici mere-
 tur, stupro tamen sit similimus; ut tam scelestæ fidei spon-
 sus, tali ad minimum sub spe matrimonii deceptæ, dotem
 præstet, justitiæ & æquitati videtur sanè convenientissi-
 52 mum. Nec juvabit eundem, arbitrium alterutrum eligen-
 di, sibi hâc ratione ademptum, eò, quòd se solutum simu-
 lans, sicque adeò puellam ad stuprum inducens, sit in ma-
 nifesto dolo, ut non immeritò perfidiæ suæ poenas luere de-
 beat. Quando ante de futuro sponsalia sunt contracta,
 tunc vel sub promissione matrimonii impetrata est à puella
 alia corporis usura, vel non. Si prius, sintque sponsalia de
 præsentibus, posteriori fides servanda; Si enim posteriora hæc
 præferuntur, licet copula nulla accesserit, per tradita *Carpz.*
lp. Consist. lib. 2. def. 18. num. 2. & def. 70. per tot. erunt multò
 53 magis hæc præferenda, accedente copulâ, quo posito fru-
 strâ de dotatione quæritur. Si nulla de matrimonio pro-
 missio facta, nihil sanè erit, quod stupratorem à dote libe-
 54 rabit. Posito enim, quòd pendente conditione poenitere
 non liceat, sed eventus conditionis veniat expectandus:
 quòdque conditio existere possit, & existens operetur effe-
 ctum retrotractionis, sicque adeò sponsalia de futuro con-
 tracta

271

tracta pro puris habeantur. *arg. l. 11. §. 1. ff. qui pot. in pign.*
Carpz. Jurispr. Consist. lib. 2. tit. 4. def. 70. num. 3. Cypræus
de sponsal. cap. 8. §. 3. Attamen in copulam consentiens stu-
prata, nihilominus spe matrimonii hoc fecisse videtur, nec
potest ejus delictum aliam, quàm stupri rationem habere,
jam verò stupratam esse dotandam, ex dictis constat. Hacte-
nus de sponsalibus publicis. Si quis verò prius sponsalia 53
clandestina contraxerit, postea verò cum aliâ publica spon-
salia, si ad sponsam priorem revertatur, eandemque carna-
liter cognoscat, tunc illud quidem pro certo tenemus, quòd
propter subsequentem copulam, sponsalia clandestina pu-
blicis non præferantur, nec sponsus illa illicito suo concu-
bitu solvere queat; *Dn. Stryck. in not. ad Brunnem. Jus Ec-*
cles. lib. 2. c. 16. §. 10. p. 599. non obstantibus iis, quæ ha-
bet *Carpzov. Jurispr. Cons. lib. 2. tit. 4. def. 69.* Ac proinde
sponsus ad posteriorem redire cogitur; sed an prior sit do-
tanda, quæritur? superior distinctio inter scientem & igno-
rantem sponsam repetenda. Si scivit, cum aliâ desponsa-
tum publicè, usum tamen corporis concessit, sibi imputet,
quòd dum scivit, maritum ei habere non licere, in copulam
consensit. Quid si credidit, se per consensum in copulam
eum maritum habiturum? Sanè, stulta hæc opinio puellæ;
sicut non potest jus, quod posterior sponsa ex publicis spon-
salibus habet, eidem intervertere: ita dum hoc ipsum per
actum in se illicitum ac vitiosum intendit, non sine ma-
litiâ hoc facere videtur; Malitiis autem non indulgen-
dum, in vulgus notum est. Quid si plures sint, qui rem 54
habuerunt cum stupratâ? Tunc is eam ducere vel dotare
cogitur, qui primus stuprum intulit. *Berlich. p. 5. concl.*
38. num. 40. Denique ratione stupratoris nihil interest, 55
sive in hoc statu manserit, sive postea cum aliâ matrimo-
nium contraxerit, adhuc enim dotare cogitur. *Berlich.*
concl. 38. num. 34. Carpz. p. 4. c. 27. def. 3. num. 2. Mev. part.

E

4. tit.



4. tit. 5. art. 1. num. 10. Richt. decis. 88. num. 12. Pariter ni-
 56 hil interest, siue unam, siue plures stuprauerit. Quam-
 vis enim & is arbitrium eligendi non habeat, & dum sci-
 vit, se non omnes ducere, ac iniustum ipsis illatum per ma-
 trimonium corrigere posse, grauiorem mereatur animad-
 versionem, Berl. concl. 38. num. 100. Felden. in Element. Iu-
 rispr. part. 2. membr. 19. part. 1. art. 1. p. 261. à dotatione ta-
 men immunis non est, Berlich. d. l. ubi Scabinos Lipsienses
 ita pronunciaffe refert: *Und mag auff den fall / da er Sie
 nicht ehelichen / sondern allein bestatten würde.* Hactenus de
 57 stupratore. Quid si is, antequam contra se institueretur
 actio, decesserit, an contra hæredes ejus stuprata ad satisfac-
 tionem & dotationem agere possit? quæstio est à paucis
 discussa. Hæredes sanè stupratoris non teneri ad dotem
 58 præstandam, scribit Bertazzol. Consult. Decis. lib. 2. Cons. 452.
 num. 22. addit rationem, quoniam sit ex delicto, quæ ratio
 59 si vera esset, nulla de regula esset dubitatio. Pro certissi-
 mo enim ponimus & agnoscimus fundamento, quod ex de-
 licto, maximè priuato, venientes actiones ad hæredes non
 transeant, ante litem contestatam. §. 1. l. de perp. & temp.
 act. l. 1. §. 2. ff. de priu. del. l. 4. §. fin. l. 6. l. 7. ff. de alien. iud.
 mut. caus. Ratio est, in d. l. 1. §. 2. quia noxa caput sequitur,
 & in delictum alterius nemo succedit. l. 22. C. de pæn. Verum
 60 enimverò suppositum hoc falsum, imò falsissimum puta-
 mus, nempe quòd *Causa efficiens hujus actionis Proxima sit
 delictum*, proinde de hujus sententiæ veritate multum du-
 bitare licet. Sanè actionem, per quam stuprata satisfactio-
 nem ob detrimenta nuptiarum petit, non esse ex delicto
 61 propriè & immediatè, sed potius ex lege, siue Canone c. 1.
 X. de adult. moribus ubiuis ferè locorum recepto, tam cer-
 tum est apud nos, quàm certum est, ter tria esse novem.
 62 Quo posito nihil hæredes stupratoris à dotis præstatione li-
 berabit; idque ad exemplum conditionis furtivæ, quæ
 etfi

et si ex furtivâ causâ nascatur, juxta tamen sententiam Ba- 63
 chov. in not. ad *Vvesemb. tit. de cond. furt. num. 7. & tr. de Act.*
disp. 4. th. 25. Henr. Hahn. ad *Vvesemb d. l. & aliorum*, non
 fit ex delicto, nec inde nascatur, ac proinde contra hære-
 des detur furis, & quidem in solidum, etiamsi nihil ad eos
 pervenerit; etiam hæc nostra, quæ est ex Canone, vel mo-
 ribus aut statuto *Condictio*, dabitur contra hæredes. Sed
 sunt non levia, quæ pro contrariâ sententiâ afferri possunt,
 quamvis à nemine, quantum nos scimus, mota dubia. Pri-
 mò enim constat, quòd etiam ex conventionem venientes 64
 actiones, quas in hæredes dari extra dubitationis aleam po-
 situm est, *l. 12. l. 49. de O. & A.* non dentur contra hæredes,
 quoties objectum, quod petitur, tale sit, quod à debitoris
 hæredibus præstari non possit. vid. B. Dn. Lauterb. *disp. de*
Transit. act. th. 24. Jam verò illa, quam præten- dit stuprata,
 satisfactio ita videtur comparata, ut id, quod petitur, ab
 hæredibus stupratoris præstari non possit, matrimonium
 scilicet, quod præten- dit, quoque obtento stuprator dotis
 præstationem evitat. Et quanquam regeri possit, non præ-
 cisè matrimonium prætendi, sed alterutrum, cujus nempe
 arbitrium & electionem habet stuprator, nempe ut aut du-
 cat, aut dotet, cumque prius præstari non possit, succedere
 in ejus locum dotationem; res tamen nondum videtur pla-
 na, quoniam si præcisè ad dotis præstationem compelleren-
 tur hæredes, jam deterioris essent conditionis hæredes,
 quàm fuit defunctus, cui illud arbitrium sive electio com-
 petebat. Ex personâ autem hæredum qualitatem obliga-
 tionis mutari, jura non permittant. *l. 2. §. 2. ff. de V. O.* Se-
 cundò posito esse ex Lege hanc obligationem, tendere ta- 65
 men ad factum adimplendum, & quidem tale, quod à nul-
 lo alio æquè commodè expediri, vel sperari possit; quæ
 autem ita sint comparatæ actiones, tametsi ex conventionem

venientes, contra hæredes non dentur. vid. B. Dn. Lauterbach. *d. Disp. de transit. act. th. 24.* Tertiò satisfactionem, quæ à stupratore prætenditur, pœnam dicunt Dd. communiter. Berlich. *concl. 38. n. 36. ibi: quia hæc pœna.* Molina *de l. & l. tr. 3. d. 104. n. 9.* Ita etiam sentire videtur Brunn. *Iur. Eccles. lib. 2. c. 18. num. 26. p. 700. ibi: Regula enim ista, quòd qui non habet in are, luat in corpore, non locum habet, quando pœna parti debetur; & pœnæ loco solvi istam, tradit Additionator Dn. Stryck. vers. 28. p. 723. add. Mev. part. 4. Tit. 5. art. 1. num. 1. ne duplici quasi pœnâ afficiatur.* Pœnam expressè vocant Bertazzol. *Consult. Decis. lib. 2. Cons. 452. sim. 22.* Panormit. *ad c. 2. X. de adult. §. 2. in fin. & alii passim.* Quæ autem sunt pœnales actiones, ad hæredes non transire, Imper. Justinianus perspicuis verbis docet, in §. 9. *l. ad L. Aquil.* speciosa sanè hæc sunt, quæ in contrarium adferri possunt argumenta, & si quæ sunt alia. Sed nihil nos movent, ut deseramus castra, quin his omnibus parati simus satisfacere in conflictu, si sese obtulerit occasio.

MEMBRUM IV.

De Objecto Dotationis.

SUMMARI A.

<i>Dotis quantitas.</i>	1.	<i>Adeoque arbitrio Judicis committenda.</i>	8.
<i>An ad facultates stupratoris?</i>	2.	<i>Qui respiciat ad facultates Patris.</i>	9.
<i>Canonistarum opinio.</i>	3.	<i>Et conditionem stupratae.</i>	10.
<i>Non sufficere dotem, quam Pater dedisset.</i>	4.	<i>Si Pater nihil dare possit.</i>	11.
<i>Ratio.</i>	5.	<i>Aliquando augetur dos.</i>	12.
<i>An possit excedere dimidiam partem honorum stupratoris?</i>	6.	<i>Quomodo vidua dos danda.</i>	13.
<i>Dotis quantitas non est definita in Legibus.</i>	7.	<i>Si pater noluerit dare in matrimonio,</i>	14.
		<i>Si aliun-</i>	

Si aliunde dotem habeat.	15.	advertenda.	17.
Aut nubendi conditionem inven-	16.	Preprimis in Academiis.	18.
rit.		Quid in hac Academia?	19.
Circa dotis determinationem plura		Quid in terris Saxonis?	20.

Hic duplex occurrit Inspectio. Alterum quidem respi-
cit dotis quantitatem, alterum ejusdem qualitatem.
Circa quantitatem non una est omnium sententia. Qui-
dam dicunt ad utriusque facultates respiciendum. Anton.
Faber. *in Cod. lib. 9. t. 7. d. 5. n. 6.* aliqui ad facultates stupra-
toris, nec sufficere tantam quantitatem, quantam Pa-
ter dedisset, quia non inveniret aliquando virum, si do-
taretur secundum facultates Paternas. Claud. Bertaz-
zol. *ad Barthol. Bertazzol. Consult. decis. lib. 2. Cons. 452.*
in fin. laudans *Osasc. decis. 107. n. 11.* Canonistæ de quan-
titate dotis ita loquuntur, quòd talis sit præstanda, quanti-
pluris eget, ad alteri pro suâ conditione nubendum. Non
itaq; sufficere, integram dotem à Patre solutam, si incorru-
pta mansisset, sed supra illam quantitatem, quam aliàs à Pa-
tre vel aliunde accepisset, quantum nempe sufficiat, ut al-
teri æquè benè nubere possit. Card. de Lugo *de Inst. & Jur.*
Disp. 12. sect. 1. n. 17. Lessius. *de l. & l. lib. 2. c. 10. dub. 2. n. 10.*
11. Molina *de l. & l. tr. 3. d. 104. n. 9.* Gregor. Sayrus *in Theo-*
log. Moral. lib. 11. cap. 2. num. 33. ibi: *Quando autem vir-*
go aliquam dotem habuit, cum quâ honestè matrimonium inire
posset, si non vitata fuisset, puta, mille aureos: post hujusmodi
autem stuprum non invenit virum sibi equalem, nisi cum du-
plâ dote, tenebitur stuprator in hoc casu illi dare mille aureos, ut
sic habeat cum suis duo millia, ut honestè matrimonium contra-
here possit. Et videntur sic sentire etiam alii, Ziegler. *Instit.*
Jur. Can. lib. 4. tit. 8. §. 3. vers. juxta modum dotis. Hartm.
Pistor. *obs. 161. n. 2.* respiciendum dicit, ad statum & con-
ditionem stupratæ: *Daß er sie entweder zu ehelichen / oder*
E 3 aber

- aber ihrem Stand und jetziger Gelegenheit nach zubestatten
 5 schuldig. Ad præsentem itaque statum respiciendum di-
 cunt, quia nemo facilè vitiatam sine magnâ dote sibi ma-
 trimonio junget. Hanc sententiam sequitur etiam B.
 Brunnem. *Iur. Eccles. lib. 2. c. 18. n. 28.* ibi: *Stuprator autem*
non tantùm dotem illam debet, quam Pater dedisset, sed tantam,
quantâ opus habet deflorata, si maritum sibi convenientem in-
venire velit. add. laudati ab eo Gutierrez. Wames. Menoch.
 6 Farinac. Dicunt verò, quòd determinatio dotis non ita sit
 facienda, ut ea dimidiam partem bonorum stupratoris ex-
 cedat. Berl. *concl. 38. n. 25.* sed contrarium Mev. *ad Ius Lub.*
lib. 4. tit. 5. art. 1. n. 23. quia ad id non est respiciendum, quo
 stuprator cariturus est, cùm & stuprata careat iis, quæ omne
 7 pretium superant, nec refarciri facilè possunt. In legibus
 tamen, cùm nihil de dote cautum, Mev. *d. l.* Et Dd. non
 8 uniformiter de eâ statuant, sanè multùm hîc Judicis arbi-
 trio relinquendum. Mev. *d. l. Richt. part. 1. d. 88. n. 7.* Qui
 9 respicere debet ad eam quantitatem, quantam Pater de-
 didisset, unde communis est Dd. opinio, quod juxta condi-
 tionem Patris stupratæ dos æstimanda, quam ille dedisset,
 vel dare consuevisset. Wesl. *ad π. tit. de adult. n. 20.* Moller.
ad Constit. Elector. p. 4. c. 27. Richter. *decis. 88. n. 9.* Carpzov.
Pr. Cr. part. 2. q. 68. n. 13. Berlich. *part. 5. concl. 38. num. 20.*
 Hancque sententiam receptiorem dicit Stryck. *ad Brunn.*
Ius Eccles. lib. 2. c. 18. n. 28. p. 722. Lugo *de l. & l. disp. 12. sect. 1.*
 10 *n. 18.* Et simul ad conditionem stupratæ, ejusque nativita-
 tem, ihrem Stand und herkommen gemäß/ Hartm. Pistor.
 11 *d. observ. 161. n. 2.* Richt. *part. 2. decis. 88. n. 8.* Si Pater ob
 inopiam nihil dare potuisset, quantitas ex bonis stuprato-
 ris ita determinanda, juxta quam maritum invenire possit.
 Mev. *ad Ius Lubec. p. 4. tit. 5. art. 1. n. 22.* Berl. *concl. 38. n. 23.*
 12 Farinac. *q. 147. n. 128.* quia autem sæpius contingit, ut quam
 virgi-

virginem Pater ob formam & honestatem paucis dotare
posset, sed verò deflorata, quò pro cum inveniatur, majori
indigeat dote: majori enim dote post pudicitiam amissam
opus habet, quàm antè. Panorm. *ad c. 1. X. de adult.* quare ex
hâc conditione, quam stuprator intulit, dotatio dimetien-
da, & amplior, quam Pater dedisset, dos constituenda. Mev.
p. 4. tit. 5. art. 1. n. 24. Carpz. *Pr. Cr. p. 2. q. 68. n. 16.* Viduæ
quando dos est præstanda, determinatio faciendâ juxta eam 13
quantitatem, quam ante accepit. Mev. *d. l. n. 25.* Illud caret
apud nos dubitatione, quòd si Pater stupratam in matrimo-
nium dare noluerit, tunc juxta *c. 1. X. de adult.* talis dos sit 14
danda, qualem accipere solent mulieres conditionis illius;
verùm cum hoc in casu non stet in arbitrio stupratoris, il-
lam ducere, sed penes Patrem, quo sanè casu dicunt, non
tantam dotem esse dandam, quantam aliàs, arg. eorum quæ
tradit Molina *de l. & l. tr. 3. disp. 104. n. 9.* Quid dicendum, 15
si puella vel à Patre, vel aliunde competentem dotem ac-
ceperit, an nihilominus dotare teneatur? Affirmant Go-
mez. *ad l. Tauri. 80. cum. seqq. n. 11.* Berl. *p. 5. concl. 38. n. 36.*
Nam hæc satisfactio stupratori imponitur, non solum in
compensationem denegati matrimonii, uti suprà, sed etiam
in pudicitia amissæ velamen; Certè utcunque stuprata
amatorculum invenerit, macula tamen durat, cum id, quod
factum est, infectum fieri nequeat, ut adeò in solamen pud-
icitia amissæ, rectè nihilominus hanc satisfactionem exi-
gere queat. vid. Berl. *d. l.* Quid si sine dote nubendi con- 16
ditionem invenerit? Non esse dotandam, putant Less. *de l.*
& *l. lib. 2. c. 10. dub. 2. n. 15.* Lugo. *de l. & l. D. 12. sect. 1. n. 16.*
Molina *tr. 3. d. 104. n. 17.* Menoch. *de A. I. 2. lib. 2. cent. 3.*
cas. 288. n. 22. Et ita videtur sentire, Gregor. Sayr. *in Cas.*
Consc. lib. 11. cap. 2. num. 26. dum ita scribit: *Sin autem aquè*
benè nubat, ac si violata non esset, tunc quidem nec ex hoc capite
aliquid

- aliquid largiri tenetur, cum jam ipsa nullum damnum passa sit. Sed contrarium verius est, quia ex eo momento, quo stuprata est, nascitur hæc obligatio, & constituitur ea in periculo non inveniendi proci, unde quod maritum equè bonum invenerit, id per accidens est, & industriæ aut fortune puellæ tribuendum, quæ tamen magno subinde periculo exposita, ne ob id durè & asperè tractetur, sicque adeò mariti odium & alienationem incurrat. Sayr. d. l. num. 30. & seq. Quod autem per accidens fit, & non nisi rarò, non potest mutare naturam obligationis. Farinac. q. 147. n. 127. Berl. d. l. Gomez.
- 17 in L. Tauri. 80. n. 11. Tandem circa quantitatem dotis, præter superius tradita, advertere debet Judex qualitates facti, an puella spontè consenserit, an verò multis ac importunis precibus & fallaciis ad stuprum fuerit seducta: deinde, ne dum amplam dotem constituit, criminis frequentiam causet, præprimis in Academiis, quæ cum seminaria virtutū esse deberent, sunt non rarò omnium vitiorum sentina, foeminarum impurissimarum latibula, quæ obviis quibuscunq; juvenibus turpiter sese prostituunt, atque amplâ dote constitutâ, omnibus modis student, ut juvenes alliciant, quorum certè malitiæ indulgendum non est, arg. l. 2. §. 3.
- 19 l. 30 ff. ad Sc. Vellejan. quâ de causâ, Amplissimus hujus Academiae Senatus, lite de stupro ejusq; satisfactione inter Studiosum & vilioris conditionis foeminam ortâ, sedulò curavit, ne ampliorem dotem constituendo, exemplum, quod vilissima scorta sequantur, præbeat, eamque quantitatem vix ultra 20. aut 30. florenos esse voluit. Quod & alibi fieri, constat ex iis quæ tradit, Richt. decis. 88. num. 10. ibi: Notandum verò in Dicasterio nostro interdum 10. interdum 20. 25. 30. florenos stuprata esse assignatos. In terris Saxonis filia rusticæ 30. in oppidis filiabus opificum 40. aut 50. adjudicatos, refert Carpz. p. 2. q. 68. n. 17. & 18. 50. thaleros Fran-

275

Francofurtenses, apud Dn. Stryk. *in not. ad Brunn. Ius Eccl.* lib. 2. c. 18. n. 26. p. 719. Econtrario Nobili paris conditionis puellam stupranti, pro dote 800. pro alimentis totidem florenos fuisse adjudicatos, tradit Carpz. *Iurispr. Conf. lib. 2. def. 233. in fin. prejud.*

MEMBRUM V.

De Formâ hujus Dotationis.

SUMMARIA.

- | | | |
|--|--|----|
| Quid sit dotatio hæc? | 1. Etiam illa qua clam meretricatur. | 6. |
| Non est pretium fornicationis. | 2. | 6. |
| Differentia inter stuprum & fornicationem. | 3. Plus nocent meretrices clam quamstum quarentes. | 7. |
| Quid sit Meretrix? | 4. Ratio. | 8. |
| Rejicitur opinio Glossæ. | 5. Non est Morgengaba hæc dotatio. | 9. |

SUCCEDIT Forma sive Differentia Specifica, quâ distinguitur hæc nostra satisfactionis species, quæ fit per dotationem, ab aliis. Certè pretium fornicationis, quod exigunt vilissima scorta ob corporis usuram, in strictâ & propriâ significatione non est, sed ab eo tantum differt, quantum stuprum à fornicatione; Scilicet stuprum, uti supra dictum, cum feminâ extra hanc causam honestâ committitur: Fornicatio cum meretrice, quæ à merendo dicta, quòd suâ intemperantiâ & impudiciâ stipendia faciat. Quanquam verò quæ sit meretrix non omnes conveniant. *Mev. ad Ius Lub. lib. 4. tit. 5. art. 5. n. 11.* non tamen curanda, sed potius explodenda, manibus & pedibus terenda, illa non minùs absurda & ridicula, quàm honestis auribus indigna definitio Glossæ, quam refert *Mev. d. l.* quæ videlicet 23. hominum millia admittit. Sed Meretricem in proprio & genuino sensu dicimus

F

illam,

illam, quæ non ex amore uni adhæret, sed passim venientes admittit, idque vel quæstus vel libidinis gratiâ; idque iterum vel palàm nomen suum profitendo, quemadmodum in totâ ferè Italiâ lupanaria apertè prostare, & publicis vestigalibus elocari, constat ex iis, quæ tradit Mev. *ad Ius Lub. lib. 4. tit. 5. art. 5. gemeine offenbahre Huren ic. vel clàm meretricio more vivendo, unzuchtige obnerbare Weibspersonen ic.* de quibus Mev. *d.l. add. Fürstl. Württ. Lands-Ordn. p. 262. §. und anfänglich ic. Carpz. q. 70. n. 33.* Quod pestiferum genus hominum plus nocere in Republicâ, experientia pro dolor! docet. Etenim illæ, inuito ut plurimum ob usuram corporis de mercede quantæcunque quantitatis pacto, venientes admittunt: Hæ verò à luxuriosis adolescentibus non rarò ingentem pecuniarum summam, quam cordatus ac conscientiosus Judex foeminae extra hanc causam honestè viventi, in levamen pudicitiae, & compensationem matrimonii denegati, vix ac ne vix quidem adjudicaret, extorquere solent, ne scelus palàm fiat. Ad donationem, quæ Morgengaba, & aliàs uti supra dictum pretium virginitatis dicitur, nec non à satisfactione, quæ fit ob sumptus puerperii & alia damna, quatenus hæc nostra satisfactio differat, partim ex superioribus patet, & sequentia ostendent fusiùs.

MEMBRUM VI.

Remedia & Processum Dotationis proponit.

S U M M A R I A.

- | | | |
|---|----|--|
| <i>Stuprata datur actio personalis.</i> | 1. | <i>Accipere tenetur dotem, nec ejus</i> |
| <i>Ex Canone.</i> | 2. | <i>loco matrimonium petit, ratio. 4.</i> |
| <i>Quando detur?</i> | 3. | <i>Si dotare nolit.</i> |
| | | 5. |
| | | <i>Si non</i> |

Si non possit.	6.	Diversitatis ratio.	19.
An contra Parentes agi possit? N.	7.	Quomodo puniendus?	20.
An tunc ducere teneatur?	8.	An ex officio dotem constituat Ju-	
Quid si dispar sit conditio?	9.	dex?	21.
Si Rusticus Nobilem stupravit.	10.	Coram quo Judice?	22.
Dotis præstatio non relevat à pœnâ		Causa matrimonii ad Consistorium	
	11.	pertinet.	23.
Dissent. sententia refellitur.	12.	Quando de dote agitur, etiam in	
Stuprator quoque violentus pœnam		terris Saxonis.	24.
sustinet.	13.	Quod in hoc Ducatu non observa-	
An à supplicio eundem liberare pos-		tur.	25.
sit stuprata?	14.	Hic processus est summarius.	26.
Benè in Throno Gratia.	15.	Dotis Constituta Effectus.	27.
Modò stuprata favor id suadeat.		Pater in eâ nihil juris habet.	28.
	16.	An Avus dotare teneatur?	29.
Ipsaque id velit.	17.	An Hypothecam habeat tacitam?	
Secus si stuprator.	18.		30.

STupratae ad dotationem non aliam, quàm personalem **1**
 actionem competere, supra ostendimus. Hâcque con-
 tra stupratorem agit, ad præstandum id, quod juxta natu-
 ram obligationis præstare tenetur, dotem nempe. Hæc
 obligatio, quæ non est ex Lege Civili, per superius tradi- **2**
 ta, sed ex Canone, c. 1. X. de adult. (conditionem ex Ca-
 none autem vocat, Dn. Muller. *disp. de iure prægnant. c. 8.*
rh. 18.) datur statim, quamprimum stuprum est admissum, **3**
 nec tempus, quo invenit stuprata maritum, expectandum.
 arg. l. un. §. 1. vers. sive maritum accipere nolentes C. de rapt.
 virg. Carpz. q. 68. n. 32. Dissent. Trentacinq. lib. 3. Var. Re-
 sol. tit. de matrim. n. 2. §. Dos ista. Et quamvis aliàs promif-
 sio dotis hanc tacitam habeat conditionem, si nuptiæ se-
 quantur. l. 21. ff. de jur. dot. hæc tamen statim debetur, quam **4**
 accipere tenetur stuprata, nec loco ejus matrimonium re-
 ctè petit. Lels. de l. & l. lib. 2. c. 10. d. 2. n. 13. Card. de Lu-
 gode

- 5 go. de I. & I. disp. 12. sect. 1. n. 14. Dotem si præstare nolit, stuprata in ejus bona immittitur. Carpz. *Jurispr. Conf. lib. 2.*
- 6 def. 230. n. 6. Brunn. *Iur. Eccles. lib. 2. c. 18. §. 28. inf.* Si ob inopiam dare nequeat, Pater autem ejusdem amplissimo
- 7 patrimonio sit instructus, an à Parentibus dos ejus petenda? Quod rectè negatur, arg. *l. un. C. ne filius pro Patre.* Stryk *in not. ad Brunn. Ius Eccles. lib. 2. c. 18. §. 28. vers. in*
- 8 *hujus bona immittenda. inf.* Sed an tunc stuprator eandem ducere teneatur? Ita volunt, si par sit conditio, nam eo ipso, dum matrimonium, quod eligere poterat, de facto recusat, & æquivalentem satisfactionem præstare non potest, ad illam ipsam sese obligasse censetur, quam facere potest, matrimonium sc. Quando autem excessus est nimius inter
- 9 matrimonium tale, ac id, quod satisfactionis nomine debetur, quæritur, an nihilominus ducere teneatur? Negant Moralistæ, vid. Cardin. de Lugo *de I. & I. disp. 12. sect. 1. inf.* & hætenus eum obligatum dicunt, ut si longè majus sit detrimentum, quod ex matrimonio metuit, quàm sit illud, quod foemina patitur, curare teneatur datâ opportunitate, viis ac modis omnibus, illud damnum retarcire. Lugo *d. l.*
- 10 Quid ergò si Rusticus vel alius quispiam vilis conditionis, foeminam nobilem aut ex illustri loco natam stupraverit, & dotare non possit? Majori poenâ eum afficiendum, putant Berlich. *concl. 38. n. 104.* Tessaur. *decis. 3. n. 3.* Carpzov. *q. 69. n. 44.* Brunn. *ad l. un. C. de Mulier. qua se propriis servis. in fin.* tuncque obtinere dispositionem Juris Civilis, quoad poenam. Gomez. *in l. Tauri. 80. cum seqq. n. 9.* Farin. *q. 147. n. 109.* Berl. *concl. 38. n. 105.* Hæc verò dotis præstatio stupratorem non liberat à poenâ. Alterum quippe utilitas privatorum, alterum vigor disciplinæ publicæ postulat. *l. 9. §. 5. ff. de publ. & vectig. Const. Elect Sax p. 4. c. 27. ibi: und darnebenre. Bavarica part. 5. tit. 9. art. 18. Rubr. von Junge*

Jungfrauschwächen. *Württembergica*. p. 263. §. So aber. 2c.
 ibi: darzu dem Weib 2c. *Carpzov. Jurispr. Cons. lib. 2. def.*
 231. *Mev. p. 4. tit. 5. art. 1. n. 1.* Sunt quidem, qui putant, 12
 quòd per pœnam hanc (ita enim loquuntur) correctâ sit
 pœna Juris Civilis, *Farinac. Oper. Crim. q. 147. n. 113.* & quòd
 pecuniario damno deflorator luere teneatur defloratio-
 nem. *C. J. A. π. ad L. Jul. de adult. n. 25.* sed contraria sen-
 tentia verior. *Oldekop. contra Carpz. decad. 2. q. 3. arg. eorum,*
 quæ suprâ dicta sunt. Ex quo est, quod stuprator violentus, 13
 utcunque satisfecerit stupratæ, pœnam nihilominus pro-
 meritam sustinere teneatur. An autem vi stuprata offerendo 14
 se in conjugem, possit eundem à supplicio liberare, quæri-
 tur? Nullibi sanè inter causas ordinariam pœnam in foro
 Justitiæ remittendi, hoc refertur; idcirco stuprata in thro-
 no Clementiæ impetrare necesse habet, quod ei in foro Ju-
 stitiæ denegatum. *B. Brunn. Jur. Eccles. lib. 2. c. 18. n. 27.* In-
 ter causas verò aggratiandi quin hæc referri possit, dubita- 15
 mus vel minimè. Unde & in Collegiis Jctorum solet
 nonnunquam sententia capitalis ita concipi: nisi stupratæ
 Parentes eandem stupratori in matrimonium dare velint,
 tunc enim eidem in throno Clementiæ pœna capitalis re-
 mittenda. *Brunnem. d. l. ubi tamen testatur, Carolum Bur-*
gundiæ Ducem utramque satisfactionem exegisse. pag. 700.
 Nec aliter illud jus aggratiandi exercendum, quàm si per 16
 vim stupratæ favor id suadeat, ut nempe per matrimonium
 subsequens eò magis fiat compensatio injuriæ sibi illatæ. 17
Brunn. d. l. ipsaque id velit; nam si stuprator ipse, post- 18
 quam ad supplicium ob stuprum violentum est condemna-
 tus, stupratam ducere velit, non poterit eo ipso sese à pœnâ
 mortis liberare. *Stryk. in not. ad B. Brunn. Jus Eccles. lib. 2.*
c. 18. vers. 27. p. 721. inf. Sed in stupratâ alia ratio militat, 19
 ne videlicet dum difficulter posthâc repertura sit maritum,

stupratore ad supplicium raptō, duplici incommodo affi-
 ciatur, quòd sc. stuprum passa, & spe futuri matrimonii or-
 20 bata. Stryk. *d. l.* stuprator autem pro ratione circumstan-
 tiarum puniendus, vel carcere, vel relegatione, imò inter-
 dum fustigatione, si stuprata sit ex illustri familiâ, stuprator
 verò levis persona. Carpzov. *Iurispr. Conf. lib. 2. def. 231.*
n. 15. Quin etiam actio injuriarum contra stupratorem Pa-
 tri detur. Berlich. *p. 5. concl. 38. n. 32.* Harpprecht. *ad §. 4.*
I. de publ. jud. n. 97. & ipsi puellæ, arg. *l. 15. §. 20. & seq. ff. de*
inj. Carpz. *q. 69. n. 3.* nullum est dubium, modò fuerit à stu-
 pratore decepta, nec in stuprum consenserit. Lindenspür.
 ad O. P. W. *p. 341.* Quanquam verò ad dotem præstandam
 21 stuprata agere debeat, & Judex regulariter non nisi implo-
 ratus officium faciat. *l. 4. §. 8. ff. de damn. inf.* interdum ta-
 men æquitas suadet, ut ex officio etiam nemine petente,
 Judex dotem constituat, quemadmodum in casu Comitum
 plures in arce suâ stuprantis, id factum esse, constat ex iis,
 quæ tradit Nicol. Everhard. Jun. *vol. 2. Conf. 8. num. 77.* Sed
 22 coram quo Judice hæc actio instituenda? Certè nonnun-
 quam ad Judicem Ecclesiasticum; interdum ad secularem
 23 pertinet cognitio. Quando de matrimonio lis est, an
 nempe stuprata sub spe matrimonii consenserit in stuprum,
 illa hoc affirmante, Reo autem negante, tunc ad Consisto-
 rium causa devolvitur. Dn. Stryk. *in not. ad Brunn. Jus Eccl.*
lib. 2. c. 18. p. 725. ibi: Ist diese Sach in Ansehung Inquisi-
 tin die Eheversprechung vorschüzet / Inquisit aber sich dazu
 gütlich nicht verstehen will / an das Churfürstl. Consistorium
 24 zuverweisen etc. Quando ad hoc, ut vel ducat vel dotet, agi-
 tur, tunc cognitionem hæc de re, tanquam in causâ à ma-
 trimonio dependente, ad Consistorium pertinere, scribit
 Carpz. *Iurispr. Conf. lib. 2. tit. 12. def. 231. num. 10.* ibi: Porro
 & hæc differentiâ inter satisfactionem injuriæ stupratae illatæ, &
 vœnans

pœnam stupri existit, quod illa in Consistorio decernatur, ceu causa
 dependens à matrimonio, inque ejus locum surrogata: At pœna
 à Magistratu Politico. Idem videtur sentire Brunn. *Iur. Ec-*
cles. lib. 2. c. 18. num. 25. Quicquid sit, in hoc nostro foro 25
 Württembergico, si promissio de matrimonio non sit fa-
 cta, aut facta quidem, sed discussa in Consistorio, causa
 dotationis ad judicem secularem remittitur, teste quotidia-
 nâ Praxi. Ubicunque lis moveatur, Processus est sum- 26
 marius, præprimis juxta *Ordin. Provincialis* dispositionem,
p. 263. §. So aber re. ibi: auff schleunig Erkanntnis eines Ge-
richts. Nec non Civilis actio cum criminali cumulari po-
 test, *tot. tit. C. quand. civ. act. crim. prejud. Mev. p. 4. tit. 5.*
art. 1. n. 2. Dotis constitutæ *Effectus* hic est, quod inci- 27
 piat esse proprium ipsius stupratæ patrimonium, ita ut de
 eo disponere possit, quo velit modo. Quamvis enim cen-
 seatur à Patre profecta, Brunnem. *de Iure Eccles. lib. 2. c. 18.*
num. 26. non tamen habet, uti suprâ dictum, dotis profe- 28
 ctitiæ naturam, sic, ut soluto matrimonio Patri vel soli,
 vel unâ cum filiâ repetitio competat, quemadmodum de
 dote profectitiâ cautum est, *l. 6. ff. de jure dot. l. 4. C. solut.*
matr. Sed nec Pater, nec dotator quicquam juris in illâ ha-
 bet, sed illa apud stupratam manet, in ejusque hæredes tran-
 sit. Brunn. *d. l. Panormit. ad c. 1. X. de adult. n. 3.* Gutierrez.
lib. 1. can. quest. c. 37. n. 10. Farin. *q. 147. num. 112.* Quando 29
 autem bona stupratoris non sufficiunt, an dotatio ex bonis
 Avi naturalis facienda? Quod negatur, nisi jam sint facta
 filii propria per successionem hæreditariam. Præterea ra- 30
 tione hujus dotationis, stuprata in bonis stupratoris hypo-
 thecam habet nullam, sed actionem tantum personalem.
Müller. de jur. pregnant. c. 8. th. 18. utut enim hoc sentire
 videatur *Carpzov. Jurispr. Cons. lib. 2. def. 230. in fin.* dum di-
 cit, hujus dotis eandem esse rationem & conditionem, quæ
 fit

fit dotis in casu matrimonii præstitæ; nobis tamen dubitare non licet, quin hujus dotis planè alia sit ratio. Proinde cùm mulieri, in dote propriè sic dictâ, concedant tacitam hypothecam, l. 12. §. 1. C. qui pot. in pign. de hâc verò in jure nihil sit cautum, nec consuetudo extet in contrarium universalis, proinde tacita hypotheca hîc locum non habet.

M E M B R U M VII.

De Contrariis & Affinibus, Alimentorum
scil. præstatione.

S U M M A R I A.

Cessat dotatio 1. si stuprator matrimonium præligat.	1.	non potest.	17.
Remissivè.	2.	Ratio.	18.
2. Si pro stupro merces promissa.	3.	Absolutus à dotatione non absolvi-	
Ratio.	4.	tur à pœnâ.	19.
Patri tamen actio competit.	5.	An vilis conditio excuset stuprator-	
3. Si ante sit vitiata.	6.	rem?	20.
4. Remissione.	7.	Benè tamen si repulsam ferat.	21.
Quatenus hoc verum sit.	8.	Præterea stuprator infantem alere	
Cum consensu Parentum remissio	9.	tenetur.	22.
fieri potest.	10.	Licet se Patrem neget.	23.
Ratio dubitandi.	11.	Si probare contrarium velit ali-	
Vera opinio.	12.	menta interim præstanda.	24.
Quid si non consentiat?	13.	Præjudicium.	25.
Ratio.	14.	Sine Præjudicio causa principalis.	25.
Tacitè remissio fit.	15.	Onus alendi competit indistinctè si-	
An etiam præscriptione quinquen-	16.	vè promissio fuerit facta de ma-	
nii? N.		trimonio sive non.	27.
Quid si maritum invenerit stupra-		Etiam si fuerit ante vitiata.	28.
ta, & longo tempore post innotes-		cat stuprum?	29.
		Aut Maritus.	29.
		Aut	

279

<i>Aut bona habeat Mater.</i>	30.	<i>Si ex inopiâ alere non possit, Matrî</i>	
<i>Si absens sit Avus quoq; tenetur.</i>	31.	<i>hoc onus incumbit.</i>	40.
<i>Præjudicium.</i>	32.	<i>Et heredibus stupratoris eo mortuo.</i>	
<i>Terminus à quo alimentorum tem-</i>			41.
<i>pus Nativitatis.</i>	33.	<i>Sed si infans statim decesserit, nihil</i>	
<i>Terminus ad quem.</i>	34.	<i>ad Patrem revertitur.</i>	42.
<i>Quantitas alimentorum.</i>	35.	<i>Aliàs hæc obligatio est personalis.</i>	
<i>Quid communiter?</i>	36.		43.
<i>Pater habet Competentia benefi-</i>		<i>An transactio de alimentis infanti</i>	
<i>cium.</i>	37.	<i>præjudicet?</i>	44.
<i>Quamdiu lactatur à Matre, nihil</i>		<i>Si plures cum unâ fornicaverint,</i>	
<i>confert Pater regulariter.</i>	38.	<i>quis alere teneatur?</i>	45.
<i>Exceptio.</i>	39.	<i>Sunt & puerperii sumptus præstan-</i>	
		<i>di.</i>	46.

PRÆter ea, de quibus in præcedentibus actum, multis fa- 8
 nè modis dotis obligatio cessat; & principaliter quidem,
 si i. matrimonium præligat stuprator, quia tunc hodiè mu-
 tatâ particulâ conjunctivâ (&) in Alternativam (aut) do- 2
 tare non tenetur, de quo articulo in alterâ parte latius. De-
 inde 2. si de mercede pactum inter stupratorem & supra- 3
 tam, & usura corporis intervenerit. Bajard. *ad Iul. Clar. lib. 5.*
§. stuprum. num. 38. Berlich. *concl. 38. num. 68.* Richter. *dec.*
88. num. 28. Mev. *p. 4. tit. 5. art. 1. num. 13. inf.* quia parum 4
 à meretrice differt, quæ corpore quæstum quærit, arg. *l. 24.*
ff. de R. N. l. 22. C. ad L. Iul. de adult. Patri tamen puellæ stu- 5
 pratorum ad æstimationem damni inde provenientis, quòd
 majori pecuniâ ad filiam stupratam dotandam opus habet,
 teneri volunt. vid. post. Bajard. *ad Iul. Clar. §. stuprum. n. 28.*
 Berlich. *concl. 38. num. 69.* Deinceps, (3.) si quidem non pu- 6
 blicè profiteatur se Meretricem, jam verò sit ab alio vitia-
 ta, quo casu scortator non adigendus, ut mulierem vel do-
 tet vel ducat, quia semel amisâ pudicitiam, mulier non am-
 pliùs in numero foeminarum honesto matrimonio digna-
 rum

G

rum

- rum fuit. Felden. *in Element. Iurispr. Univ. p. 2. membr. 19. part. 2. art. 1. p. 264.* Carpz. *Iurispr. Conf. lib. 2. def. 232. n. 4.*
- 7 Pertinet (4.) huc etiam Remissio stupratae. Si enim foemina remittit damni compensationem, nihil ultra petere potest, sed sic jure suo, quod habuit, ad detrimenta nuptiarum sarcienda, cessit; Et hoc concedunt de muliere, quae non est sub curâ Parentum. Less. *lib. 2. c. 10. dub. 2. num. 1.* & multò magis de eâ, quae Parentes amplius non habet.
- 8
- 9 Quid verò si habeat Parentes? disting. an Parentes consentiant, an verò non: Stupratam sanè his consentientibus dotem remittere posse, multi docent, vid. post Bermond. Choveron. *de publ. concubin. Farinac. p. 5. Oper. Crim. tit. 16. q. 147. num. 117.* Sed alii negant, etiam consentientibus
- 10 Parentibus stupratam stupratori dotem remittere posse, quoniam, inquiunt, poena c. 1. & 2. X. *de adult.* non sit imposita ad vindictam, sed ad bonum publicum & spirituale, cui nemo renunciare possit. Bajard. *ad Jul. Clar. §. stuprum.*
- 11 *num. 19.* Verum enim verò, cur non Patre consentiente id fieri possit, rationem videmus nullam. Posito enim, id, quod ex hâc causâ debetur, poenae nomine venire, quod tamen nobis falsum videtur: propriè tamen poena non est, sed ratione Rei tantùm pro poenâ à quibusdam habetur. vid. Carpz. *q. 68. num. 47.* aut si est, ad privatum tantùm tendit interesse, & Civilis est actio. Carpz. *Pr. Cr. q. 68. num. 45.* quod partes, de quorum interesse agitur, remittere posse, nulla est apud nos dubitatio. arg. *l. pen. C. de pact. Ma-*
- 12 jus videtur dubium: An stuprata, Patre non consentiente, actionem de dote remittere possit? Negat Berlich. *concl. 38. n. 67.* Affirmat Less. *de l. & l. lib. 2. c. 10. dub. 2. num. 19.* Cu-
- 13 jus sententia verior videtur. Dos enim, quae ex hâc causâ debetur, non Patri debetur, sed puellae, in cujus arbitrio est, à nuptiis planè abstinere. Quamquam verò Parentibus
etiam

etiam injuria sit illata, licebit tamen his suam injuriam & damnum aliâ ratione persequi. Sed quæ dicta sunt de remissione procedunt, si remissio non sit dolo, vi aut metu extorta. Less. *d. l. num. 13.* Lugo *de l. & l. disp. 12. sect. 1. n. 9.* Ant. Tessaur. *decis. 3. num. 2.* Nihil verò interest, si remissio facta fuerit expressè, siue tacitè, non exigendo videlicet dotem intra legitimum tempus. Unde quæritur, an sicut ipsum delictum stupri quinquennio præscribitur, *l. 29. §. 6. ff. ad L. Jul. de adult.* ita etiam hæc actio, quâ ad satisfactionem agit stuprata? Ita sentire videntur Balb. *in tr. de præscript. p. 4. princ. q. 2. num. 1.* Bartol. laudati à Carpz. *Pr. Cr. q. 68. num. 47.* Sed veriùs est, quinquennio non extinguatur hanc petitionem, sed post quinquennium rectè agi contra stupratorem, ut aut ducat, aut dotet. Carpz. *d. l. Modest. Pistor. p. 3. q. 127. n. 18. d. l. Berlich. concl. 38. n. 33. Richt. decis. 88. num. 11.* Hæc enim actio Civilis est, adeoque perpetua, arg. *pr. l. de perp. & temp. act.* ac proinde non nisi 30. annorum lapsu extinguatur. Facit præjudic. apud Carpzov. *d. l. num. 48. ibi:* Ob nun wohl solches vor 5. Jahren geschehen; So ist doch V. K. ewre Tochter nachmahls zu ehelichen/oder ihrem Stand und herkommen nach zu dotiren/verpfl. chs etc. Und hat sich mit der angeführten Præscription nicht zu behelffen. Quid verò dicendum, si stuprum hæctenus non fuerit notum, ipsaque stuprata interim maritum æquè bonum, ac si vitiata non esset, invenerit, neque is talem defectum deprehenderit, sed post longum temporis interval- lum stuprum innotescat? Sanè arbitrium quidem ducendi aut dotandi, si maritus retinere eam velit, (nec enim cogitur uti constat) non habet stuprator, ad dotationem tamen compellitur. arg. eorum, quæ ex Sayer. *Theol. Moral. supra sunt dicta de objecto. n. 16.* Cessat quoque (5.) dotationis obligatio, quando stuprata est talis fœmina, quæ

in matrimonium duci non potest. Mev. p. 4. tit. 5. art. 1.
 8 n. 15. putà consanguinea; Sic enim Incestus dicitur com-
 missus, non stuprum, adeoque dotatio cessat. vid. tamen
 19 Ziegler. *Instit. Iur. Canon. lib. 4. tit. 8. §. 3.* Quanquam verò
 à dotationis necessitate quandoque liberetur stuprator, non
 tamen propterea liberatur à poenâ, sed extra ordinem puni-
 20 tur. Carpz. *lib. 2. Iurispr. Conf. d. 231. num. 3.* Nequaquam
 verò stupratorem liberat stupratæ paupertas, aut quod ex
 humiliori loco sit nata. Berlich. p. 5. *concl. 38. num. 77.* Tali
 enim fœminæ magis succurrendum, cùm ob miseram con-
 ditionem, non aliud solamen expectatura sit. v. l. 7. *C. de*
incest. nupt. Carpz. *de jure fœmin. decad. ult. pos. 7.* Ad contra-
 21 ria tamen (6.) rectè refertur Recusatio matrimonii, si stu-
 prator matrimonium præligens, repulsam ferat; Carpzov.
q. 68. num. 84. Richter. *dec. 88. num. 25.* quamvis enim si
 Pater dissentiat, nihilominus sit dotanda; Attamen inter
 Patrem & filiam differentiam esse notavit, Ziegler. *Instit. Iur.*
Can. lib. 4. t. 7. quia si filia renuat, ipsa sese dote privasse cen-
 setur; Quando verò Pater recusat, in præjudicium filiæ
 22 hoc facere non potest. Ziegler. *d. l. p. 987.* Præter hanc sa-
 tisfactionem, de quâ dictum, onus alendi infantem ad stu-
 pratorem, ceu Patrem pertinere, ipsa ratio naturalis dicitur.
 Hartm. Pistor. *Observ. 161. n. 4.* Berlich. p. 5. *concl. 38. n. 41.*
 Carpzov. *Iurispr. For. p. 4. c. 27. def. 5.* Mev. p. 4. *tit. 5. art. 1.*
 n. 26. habetque fundatam actionem contra eundem stu-
 23 prata, si stuprum confessus sit, utut se Patrem esse neget;
 Quoniam ex concubitu contra eundem, oritur præsum-
 ptio, quæ facit, ut pro Patre tamdiu habeatur, donec con-
 trarium ostenderit, Carpzov. *Pr. Cr. q. 68. n. 116.* nec jura-
 mento stupratæ, quod vult Anton. Tessaer. *decis. 3. num. 4.*
 Berl. *d. concl. 38. n. 57.* Perez. *in C. tit. de adult. n. 51.* opus
 sit, per tradita Carpzov. *Iurispr. Conf. lib. 2. def. 232. n. 5. &*
seqq.

seqq. Quòd si hujus probationem in se susceperit stuprator, 24
 alimentorum interim adjudicationem non differendam,
 sed provisionaliter eidem injungendam, benè arg. l. 7. ff. de
 agnosc. & al. lib. tradit Stryk. in addit. ad Ius Eccl. B. Brunn. lib.
 2. c. 18. n. 28. p. 722. ubi ita pronunciatum in Facultate re-
 fert: Weil Inquisitus zugestanden / und bekant / daß er die A. 25
 W. zum öfftern fleischlich erkant; so ist deshalb wider ihn die
 præsumption / daß er des Kindes Vatter sey; und ob er gleich
 zuerweisen sich getrauet / daß auch andere bey ihr gewesen / so
 ist er dennoch / bevor er zurecht beständig erwiesen / daß er zu
 diesem Kind nicht Vatter sey / unterdes die alimenta herzuge-
 ben schuldig. Nec quicquam causæ principali præjudica- 26
 bitur, Brunn. ad l. 5. de agn. & al. lib. n. 22. & 23. Dn. Stryk.
 d. l. ibi: Weil nun solche causa alimentorum keine moram
 leidet / so ist auch die Appellatio bey so gestalten Sachen nicht
 zulässig / sondern es ist genug / wann ihm eine frist von 4. Wo-
 chen zu beweisung seiner vermeinten Exception eingeräumet
 wird / jedoch daß er indessen die alimenta entrichte. Proce-
 dunt quæ de onere alendi sunt dicta, sive promissio de ma- 27
 trimonio nulla sit facta, sive facta quidem, nec tamen effe-
 ctum sit sortita. Deinde sive virgo fuerit per stuprum co- 28
 gnita, sive jam ante ab alio fuerit vitata. Carpz. Pr. Cr. q. 68.
 n. 118. modò puella juramento obtinuerit, quòd sit ab eo
 imprægnata. Carpz. Iurispr. Consist. lib. 2. def. 239. n. 8. Sive
 solutus sit stuprator, sive Maritus, Carpz. d. l. q. 68. n. 122. 29
 & Iurispr. For. p. 4. c. 27. d. 10. Deinde sive mater infantis 30
 bona habeat, ex quibus infanti victum suppeditare possit,
 sive non, quia in subsidium tantùm mater tenetur. Carpz.
 Ipr. Cons. lib. 2. def. 243. n. II. Quid verò si sit stuprator ab- 31
 sens, an contra ejus Patrem ad alimenta agi possit? Affirm.
 Dn. Stryk. in annot. ad Brunn. Ius Eccles. lib. 2. c. 18. §. 28.
 P. 723. ex cã ratione, quòd alimenta liberis quoque natu-
 ralibus

- ralibus debeantur, & in casu absentiae Avus ad id teneatur. Carpz. *Ipr. Conf. d. def. 243. n. 8.* Richt. *decis 88. n. 32. in fin.* ibi:
- 32 Wosern solch Kind/ wie vermuthlich/ eweres Sohns ist/ so seynd ihr demselben Unterhalt zuschaffen schuldig. Brunn. *ad l. 5. ff. de agn. & al. lib. n. 4.* unde pendente Processu contra filium instituto, Avum teneri, idem Dn. Stryk. *docet. d. 5. 28. vers. in huius bona.* arg. *l. 5. §. 9. ff. de agnosc. & al. lib.* ubi in Facultate ita pronunciatum refert, daß unangesehen A. selbst begütert/ dennoch R. Sohn/ oder in subsidium R. selbst das Kind mit nothwendigen Unterhalt zuversorgen schuldig. Circa alimenta considerandum, 1. *Tempus à quo.* 2. *Terminus ad quem.*
- 33 Quoad prius dicunt nonnulli, quod post triennium demum onus alendi Patri incumbat, & ante illud triennium matri, quemadmodum ex *l. pen. C. de patr. potest.* colligunt Bajard. *ad Iul. Clar. §. stuprum. num. 10. vers. Item adde.* Coler. *decis. 176. num. 90.* Hartm. Pistor. *obs. 97.* Richter. *decis. 88. n. 33.* Sed rectius alii, tempus natiuitatis pro termino à quo definiunt, Berl. *concl. 38. n. 43.* Carpz. *q. 68. n. 106.* Beust. *de jure connub. p. 1. c. 29. vers. si tamen casus.* præprimis, si mater non habeat, unde vivat.
- 34 Richter. *dec. 88. n. 33.* Terminus ad quem definitur à Dd. communiter, usque ad illud tempus, quo ex operis vel alio modo, sese ipsum potest alere, *bis es sein Brot selbst erwerben kan.* Carpz. *q. 68. n. 110. & seq.* Richter. *decis. 88. n. 37.* quod cum propter incertitudinem & disparitatem annorum, victus, bonorum, temperamentorum, certâ regulâ definiri nequeat, ideoque Judicis arbitrio relinquatur. arg. *l. 1. §. 2. ff. de jure delib.* Mev. *ad Ius Lub. p. 4. tit. 5. ars. 1. n. 27.* Carpz. *d. q. 68. n. 111.* (ubi aliquando ad annum 13. onus alendi impositum refert ac testatur. Alii ad 12. annum.
- 36 Brunn. *ad tit. de agn. & al. lib. n. 14. & 17.*) ut & quantitas alimentorum Richter *decis. 88. n. 34.* Singulis tamen annis rusti-

rustico 8. florenos solutos, refert idem Richter. *d. l. n. 36.*
 20. thaleros pro conditione stupratoris, Brunn. *ad l. 5. ff. de*
agn. & al. lib. n. 19. ita tamen, ut Pater hâc ratione conven- 37
 tus, habeat beneficium Competentiæ. Richt. *d. l. n. 35.* Illud
 nos pro certo ponim⁹, quòd quamdiu infans lacte materno 38
 fruitur, nihil contribuere Pater teneatur, sed hætenus ma-
 ter ad alimenta præstanda sit obligata, per tradita Hartm.
 Pistor. *Obs. 97.* Richt. *dec. 88. n. 32. & seqq.* Si quid verò præ- 39
 ter lactem maternum necesse habeat, illud omninò Pater
 infantis, aut in subsidium Avus Paternus, ex quo primùm
 infans natus est, subministrare tenetur. Hartm. Pistor.
 Richt. *d. l. Brunn. ad l. 5. ff. de agnosc. & al. lib. n. 6.* Finckelth.
Obs. 102. n. 16. Imò si mater non habeat unde vivat, nec la-
 ctare infantem possit, ne is ex inopiâ Matris lacte destitua-
 tur, & illi quoq; à stupratore succurrendum sit Christ. Phil.
 Richter. *d. l. n. 32.* ibi: als werden berührte 3. Jahr über
 der Mutter zum Unterhalt des Kinds/ wann es zur Welt ge-
 bohren/ entweder wochentlich 4. Groschen oder Jährlich
 11. St. von ihm billich außgezahlt. *add. Coler. de aliment.*
lib. 1. c. 6. n. 4. Ant. Tessaur. *decis. 3. n. 7.* Si tamen supra- 40
 tor paupertate sit pressus, nec ipse habeat, unde vivat, ne-
 dum infantem alere possit, tunc stuprata hoc onus nihilo-
 minus subire debet. *l. 5. §. 2. l. 8. ff. de agn. & al. lib. Auth. si*
Pater C. de divort. Struv. *Exerc. 30. th. 75.* aliàs non. Joh. à
 Sande *lib. 2. tit. 8. def. Fris. 3. ferè in fin.* Quid si decesserit 41
 stuprator, an & ejus hæredes ad alimenta dicemus obliga-
 tos? Omninò, si ejus hæreditatem adierint, vel simpliciter,
 vel cum beneficio Inventarii, & tantùm sit in ejus bonis,
 ut inde alimenta infans habere possit. *l. 5. §. 17. ff. de agn. &*
al. lib. ubi Brunn. *n. 18.* E contrario si infans, in itâ cum 42
 matre de alimentis transactione, statim decesserit, nihil
 quicquam ad Patrem stupratorem revertitur, sed sicut dos
 ipsa,

- ipsa, ita etiam hæc pecunia incipit esse proprium ejus patrimonium, & ad matrem transmittitur. Beust. *de jure Con- nub. p. 1. c. 29. & seq.* Berlich. *concl. 38. num. 47.* Brunn. *ad p. tit. de agn. & al. lib. n. 16.* Finckelthaus. *Obs. 102. n. 25.* Sed
- 43 si nihil sit promissum, tunc præstatio alimentorum est personalis, ideoque cum personâ illâ cui debetur, finitur, *l. 8. §. 10. ff. de transact.* & propterea nec stuprata aliquid petere potest. Carpz. *q. 68. n. 113.* Illud hîc notandum, quòd transactione de alimentis inter stupratorem & stupratam initâ, hæc obligatio in ordine ad illum extinguatur, Carpz. *Jurispr. Cons. lib. 2. def. 240. n. 11.* nisi mater decesserit, nec reliquerit, unde infans aliqueat, quia tunc transactio cum matre inita, infanti quoad alimenta non præjudicat. Brunn.
- 45 *ad l. 5. ff. de agn. & al. lib. n. 17.* Tandem circa alimenta illud observandum; si constet plures cum stupratâ uno eodemque ferè tempore fornicasse, idque confiteantur, singulos portionem suam ad alimenta conferre. Brun. *ad d. l. 5. num. 20.* Præter alimenta stuprator etiam ad sumptus puerperii obligatum se sciat.

PARS ALTERA.

De Satisfactione stupratae in casu Promissi
matrimonii.

SUMMARI A.

- | | | | |
|---|----|--|-----|
| Qui sub conditione matrimonii stuprum impetravit, ducere cogitur. | 1. | An hæc ratione satisfiat stuprata? | 4. |
| Nec amplam dotem offerendo, sese liberare potest. | 2. | Quid si cum aliâ matrimonium contraxerit stuprator? | 5. |
| Matrimonio promisso arbitrium cessat. | 3. | Matrimonialis promissio fieri debet per verbatale quid necessario importantia. | 6. |
| | | | Non |

Non per verba obscura.	7.	Nisi contraria præsumptiones.	32.
An sufficiat dicere, ich wills schon machen.	8.	Juramentum etiam huic deferrè potest Judiciale.	33.
Item. Istis wol fragens werth?	9.	Stupratore promissionem negante & hanc probat stuprata.	34.
Ich will sonst keine nehmen.	10.	Ratio.	35.
Ich will dich nicht verlassen.	11.	Quando locus juramento purgationis.	36.
Ich will dich zu Ehren bringen.	12.	Quo prestito dotare cogitur.	37.
In dubio pro Matrimonio.	13.	Quomodo compellendus ad ducendum.	38.
Si sint verba futuri temporis.	14.	Si sit absens aliquid de bonis adjudicandum.	39.
Refellitur sententia Diane.	15.	Casus, quibus promissione de matrimonio facta, ducere non cogitur.	40.
Refertur Bidembach. sententia.	16.	1. Ob inequalitatem nimiam, de qua varia referuntur opiniones.	41.
Si promissio facta, sed in ipso actu protestatio interposita.	17.	Qua nostra sit, exponitur.	42.
Si matrimonium animo decipiendi promiserit, tamen ducere cogitur.	18.	2. Ob aliquod impedimentum.	43.
Contraria Opinio.	19.	Quid si stuprator cum aliâ de præsenti sponsalia contraxerit?	44.
Nisi ex conjecturis possit colligere fallaciam.	20.	3. Si Pater dare recuset.	45.
Quenam sint ista?	21.	4. Post stuprum sit fornicata.	46.
An verò dotare hoc casu teneatur?	22.	Antunc dotare teneatur?	47.
Explicatio c. 26. extra de Sponsal.	23.	5. Si se Virginem dixerit.	48.
Diverse sententia Authores.	24.	Habet tamen pro se virginitatis præsumptionem.	49.
Vera opinio, rejicitur Canisii.	25.	Aut non deprehenderit Virginem.	50.
Error Nominis non obest, quando de personâ constat.	26.	Neque dotare hoc casu tenetur.	51.
Quid si stuprator dicat, se simulatè promississe?	27.	Si sciverit esse vitiatam.	52.
Cui onus probandi incumbat?	28.	Ducere tenetur.	53.
Stupratore negante, stuprata.	29.	Non tamen dotare.	54.
Testibus ad minimum duobus.	30.	6. Si mutavit interim Religionem remissivè.	55.
Si probare non possit absolvendus iste sine juramento.	31.		

H

Qui

Qui consentienti matrimonium promisit servare tenetur. 56.	nii promissionem dotanda ta- men. 58.
Transactio an valeat, si verba sint dubia. 57.	An maritus se solutum, simulans, mortuam uxore ducere teneatur.
Deficiens stuprata circa matrimo-	59.

- 1 **Q**Uando sub promissione matrimonii in stuprum con-
sensit vitiosa, tunc ex promissione jus quæsitum, & pro-
missorem obligatum habet, ad matrimonium consumman-
dum; Scilicet stuprata sub conditione consensit, quæ cum
ex parte foeminae sit impleta, implenda quoque est ex parte
promissoris. Zoes. in Comm. ad tit. X. de adult. n. ult. Perez.
2 ad tit. C. de adult. n. 52. Nec ergo satis est eam dotare, vel
largis donationibus damnum resarcire velle, si ipsa nolit ac-
quiescere, sed jus acquisitum habet stuprata ad ipsius matrimo-
nium. Gregor. Sayr. Theol. Moral. lib. 11. cap. 2. n. 33. Et
3 promisso matrimonio, arbitrium, ducere ne, an dotare ve-
lit, stuprator amittit. Tessaure. decis. 3 n. 3. Carpzov. Jurispr.
Conf. lib. 2. def. 228. n. 8. & Pr. Cr. q. 68. n. 91. & seq. Quanquam
4 verò ne sic quidem videatur damni resarcitio facta, cum
moriente stupratore, si dotem à Patre ideò fortè non acce-
pit, quòd sine ejus voluntate nupsit non solùm, sed & fa-
miliam ejus conspurcavit, & spem de se conceptam elusit,
quemadmodum constat ideò dotem justè recusari posse,
ita enim, ceu indotata non sit inventura Maritum? ut pro-
inde ducenda non solùm, sed & dotanda videatur; Verum
enimverò, cum jus illud, quo hodiè utimur, illum non ultrà
adstringat, quàm ad ducendum vel dotandum, erubesci-
mus sinè lege loqui, cum Imp. Justin. in Novell. 18. c. 5. l. 19.
5 C. de collat. Quid verò si is, qui spe matrimonii virginem
vitiavit, postea cum alià matrimonium contraxerit? Di-
cendum cum Dn. Stryk. in not. ad Brunn. Jus Eccl. lib. 2. c. 16.
S. 8. & 10. quod per matrimonium hoc de facto contra-
ctum,

Etum, priora Sponsalia non sint dissoluta: Et dehinc Spon-
 sa prior agere possit, ut matrimonium posterius dissolvatur.
 arg. c. is qui fidem. 30. X. de sponsal. Quia non est in pote-
 state sponsi suo facto illicito, se à validissimo priorum
 sponsaliorum nexu liberare: aliàs enim pessimus quis-
 que hâc cautelâ priorem sponsam eludere, & aliam sibi
 uxorem quærere posset. vid. Berlich. p. 4. concl. 28. num. 67.
 Nec movent in contrarium, quæ leguntur, apud Carpzov.
 Jurisprud. Consistor. lib. 2. tit. 4. def. 66. Brunn. lib. 2.
 Jur. Eccl. cap. 16. §. 8. in fin. quia ille de alio casu loquitur:
 huic verò satisfecit Dn. Stryk. d. l. Modò prior Sponsa
 decepta, suo jure (quod ei liberum est) uti, ac Sponsum di-
 remto matrimonio ex errore & de facto contracto, in ma-
 ritum assumere velit, Berlich. d. l. Non autem aliter ad 6
 ducendum tenetur stuprator, quam si de matrimonio verè
 sit facta promissio, per verba quæ efficiant consensum
 certum, vid. Haveman. Gamolog. lib. 1. tit. 7. pos. 7. Kling. de
 matr. cap. 3. n. 12. Unde si verba sint dubia, obscura, quæ 7
 in utramque partem accipi possunt, v. c. Sie solle nur seines 8
 willens Leben/er wolle der Sachen schon Rath zuschaffen wis-
 sen/co ipso promissio matrimonii non censetur facta. Stryk.
 in not. ad Brunn. Jus Eccles. lib. 2. c. 18. n. 26. in prejud. Idem
 putant, si stuprator à puellâ de matrimonio quæsitus re-
 spondet: Ist es wol fragens werth? Carpz. p. 4. c. 20. d. 9. 9
 Havemann. Gamol. lib. 1. tit. 7. pos. 7. Quid si dicat, nullam 10
 aliam ducam præter Te, quam Te? Habere & hæc verba
 promissionem conditionalem, si promittens uxorem du-
 cere voluerit, tradit idem d. l. At enim verò, in proposito
 casu, quo concurrat concubitus, præsumitur non aliam du-
 cere velle stuprator, quàm cui stuprum intulit. arg. c. 30.
 & seq. X. de sponsal. Quando enim indiscretam promissionem
 sequitur copula, pro matrimonio præsumitur. Kling. de

H 2 caus.

- 11 *caus. matrim. cap. 3. num. 2. inf.* Quid si dixerit, *Er wolle Sie nimmermehr verlassen / sondern Haab und Gut / Leib und Blut bey Ihr auffsetzen?* Sanè per eiusmodi etiam verba: nunquam te deseram, non dici contractum matrimonium ex Ant. de Butr. Præposit. Malleol. statuit Besold. p. 6. *Cons. 261.* adducens Kling. *tr de caus. matr. c. 14. rubr. de consensu contrahentium. n. 27. p. 312.* etiam in casu, quo accessit copula. Besold. *d. l.* Verum enimverò, si copula non sit secuta, quamvis major de istiusmodi verbis indiscretis poterat esse dubitatio, cum sibi quod imputet habeat, qui Legem contractui non dixit apertius, *l. 39. ff. de pact.* Attamen accedente copulâ, pro matrimonio stat præsumptio, cui tamdiu statur, donec contrarium fuerit probatum. Et hæc quoque est sententia Klingii *d. l.* ibi: *Et tunc si sequatur copula carnalis, iudicatur pro matrimonio.* Si verò dixerit, tantum tibi afferam honoris, quantum tibi infero dedecoris, si, quæ volo, feceris, hæc verba implicare promissionem putat Havem. *d. l.* unde sufficere dicunt consensum vocalem, licet non adsit mentalis. Voces enim sunt signa animi conceptuum. Nam in casu dubio pro matrimonio potius, quàm contra matrimonium pronuntiandum. Havemann. *d. l.* Quid si sponsalia sint de futuro? vid. Br. *Ius Eccl. lib. 2. cap. 16. n. 8.* Imò, si tractatus de matrimonio præcesserit, & copula fuerit secuta, non aliter, quàm sub spe matrimonii videri contentisse, cum non possit esse tractatio magis conjugalis, quàm si copula carnalis accessit, putat Dn. Stryk. *in not. ad Brun. Ius Eccl. lib. 2. c. 16. n. 8. p. 596.* unde Dianapart. 3. *tr. 6. resol. 61.* casum ponit, si quis virginem corruperit, simulando & decipiendo illam sub promissione matrimonii, respondet, deceptorem teneri eam ducere. add. Havem. *Gamolog. lib. 1. tit. 6. pos. 5.* sed contrarium tenet Bidembach. *de caus. matr.* laudatus à Besold. p. 6. *consil.*

261. n. 10. ibi: *Nec copula carnalis, (si accesserit,) matrimonii promissionem clam factam quicquam iuvat, si altera pars neget promissionem, licet commixtionem carnalem palam fateatur; quia hic locum habet regula: Consensus non concubitus facit nuptias, Causa cadunt itaque, quotquot carnali copula interveniente promissionem matrimonii non probatam, volunt fulcire. Cautius ergo mercari discant, & infamiam inde contractam sibi imputabunt.* Quid si promissio facta, sed in ipsa copula¹⁷ protestatio interposita, se non animo ducendi eam stuprare? Utrum hanc protestationem dicat relevantem, Basil. Ponce *de matrim. cap. 12. n. 4.* nihil tamen operabitur; modo æqualitas conditionis, vitæq; de cætero stupratæ honestas hoc admittat, & aliàs constet, quod non pretio inducenda copiam sui fecerit. Stryk. *d. l. p. 596.* Illud nihil inter-¹⁸ est, si bonâ fide promiserit matrimonium, si animo eam decipiendi. Nam foemina sub tali conditione consentit in stuprum, nec dolus stupratoris eam decipere volentis, eidem opitulari debet. *l. 12. ff. de dol. mal. l. 3. ff. de transact. l. 69. de R. V.* Et quamvis sint, qui putent,¹⁹ non teneri promittentem præcisè ducere, sed posse liberari dotem constituendo, quod iustitia commutativa tantum postulet, reddi æquale atque ita satisfieri in pecuniâ. Sed verò iustitia commutativa exigit, reddi, quod debetur, nec enim aliud pro alio solvi potest creditori invito *l. 2. §. 1. ff. de R. C.* Jam verò foemina sub tali conditione consentiens, tametsi dotem habeat, non habet tamen, quod sibi debetur, nimirum matrimonium. Zœf. *in Comment. ad tit. X. de spons. num. 20.* Less. *de l. & l. lib. 2. c. 10. dub. 3. num. 10.* Lugo *de l. & l. disp. 12. sect. 2. num. 20.* Quod si ex conjecturis²⁰ potuit deprehendere vitiata, eum non sincerè agere, putà si verbis ambiguis utatur, inconstanter loquatur, nimis²¹ utatur exaggerationibus; aut sit magna disparitas persona-

rum, ita ut facilè advertere potuerit stuprata, illum habere
 22 animum deceptorium: Sanè non tantùm ducere non te-
 neri, sed nec ad damni resarcitionem obligari putat Less. *lib.*
2. c. 10. dub. 3. num. 24 & 25. Quamvis autem quoad prius,
 res non adeò sit difficilis: cum tales circumstantia hoc effi-
 ciant, ut omninò improbable sit mulierem credidisse, de-
 florantem verè & ex animo promississe; ut adeò non videat-
 tur in ordine ad matrimonium decepta: & cum sit pauper-
 cula, & stuprator Nobilis ac dives, sibi imputet, quod tam
 leviter consenserit: Debebat enim suspicari talem seduce-
 re & fictè verba proferre: Attamen posterius à Juris veri-
 tate videtur alienum, quia quoad dotationis obligatio-
 nem & damni resarcitionem, nihil interest, si nulla pro-
 missio de matrimonio intervenerit, si verbis ambiguis
 fuerit usus. Omnibus itaque his casibus ducere quidem
 non cogitur, sed tamen dotare. Gregor. Sayr. *Theo-*
log. Moral. lib. 11. cap. 2. num. 35. Quid dicendum de casu,
 23 quem proponit Pontifex in *c. tuanos 26. X. de sponsal.* Juve-
 nis quidam omnem movebat lapidem, ut honestam mu-
 lierem ad stuprum alliceret, sed quia hoc non succedebat,
 rem alià aggrediebatur viâ, dabatque fidem matrimonii, sed
 promittit id sub nomine Johannis, quod ipsi tamen nomen
 non erat. Mulier copiam sui facit, quo factò postmodum
 testatur, nunquam sibi fuisse animum, ut eam duceret:
 24 *Qr.* An fidem servare teneatur? Quidam putant Pontifi-
 cem in casu *d. c. 26.* respondisse, conjugium non fuisse legi-
 timè contractum, nec stupratorem ad eam ducendam adi-
 gi posse. Havem. *Gamolog. lib. 1. Tit. 6. posit. 5. n. 2.* Quam-
 vis contra hanc ipsam Pontificis sententiam disputet Beza
tr. de Repud. p. 85. Alii dicunt in foro interiore hoc conju-
 gium pro nullo haberi, secus in foro exteriori, Wagnerek.
ad h. cap. Alii in utroque foro talem promissionem nullam
 dicunt.

dicunt. Henric. Canis. *adh. c. num. 3.* Profectò si dicere ve- 25
limus, quod res est, ob id solùm, quod nomen alienum de-
dit, mulier ista de fraude proci nihil suspicans, & sub spe ma-
trimonii eundem admittens, non videtur spe frustranda.
Quid enim interest, quocunque nomine se quis vocet, 26
dummodo eius persona sit certa, §. 29. *Inst. de legat. l. 9. §. 1.*
ff. de contrah. empt. Neque enim ex parte foeminae hinc inter-
venit error personae, cum illa virum, cum quo matrimo-
nium vult contrahere, praesentem habeat, unde hic nominis
error non videtur nocere posse foeminae. Panormit. Wa-
gnerek. *add. c.* quamvis dissentiat. Canis. *dl.* Quid si nebulo 27
postea dicat, se simulato tantùm animo in nuptias consen-
sisse? Sanè ob hunc praetextum recedere non potest, sed
vel coram viris honestis dixit, & personam ut sponsam ha-
buit, & haec simulationis Exceptio videtur conficta; vel
ex circumstantiis de simulatione constat, & sibi imputet,
quod in re tam arduâ tantâ levitate est usus. Havem. *Gamol.*
lib. 1. tit. 6. pos. 5. num. 3. p. 81. Onus autem probandi circa 28
promissionem matrimonii cui incumbat, discutiendum
nunc venit? sunt nonnulli casus distinguendi. Velenim
stuprator utrumque negat, & stuprum & promissionem
matrimonii, tunc sanè stuprata utrumque tenetur probare. 29
Stuprum quidem illis ipsis modis, quibus delicta carnis, ceu
occulta & facti transeuntis probantur, nempe conjecturis
quoque & praesumptionibus, de quibus Dd. passim. *add.*
Carpz. Pr. Cr. q. 60. num. 5. & seqq. Mascard. *de probat. vol. 3.*
concl. 1344. n. 1. Trentacinq. *de cop. carn. lib. 1. Resol. 1.* Pro-
missionem verò matrimonialem testibus ad minimum 30
duobus. Antecessores hujus Facultatis apud Christoph.
Besold. *p. 6. Consil. 261. num. 10.* Si utrumque non possit
probarè, nec sint conjecturae & praesumptiones contra stu-
pratorem, absolvendus is est, & quidem sine juramento, 31
Besold.

- 32 Befold. *d. l. num. 34.* Si verò suspicionibus & præsumptionibus sese suspectum reddiderit, præstito prius iuramento purgationis ei à Judice delato, arg. *c. 10. X. de despons. impub.* Berlich. *p. 5. concl. 38. num. 61.* Carpzov. *qu. 68. num. 100.* Setser. *de juram. lib. 3. c. 11. num. 7.* Richter. *decis. 88. num. 4.*
- 33 Quin etiam super utroque iuramentum iudiciale deferri Reo possit, nulli dubitamus, arg. eorum, quæ tradit B. Dn. Lauterb. *tract. Synopt. de juram. §. 83.* Quando verò Reus
- 34 stuprum confitetur, promissionem verò matrimonii negat, & hoc vitiata probare tenetur, Antecessores huius Facult. apud Befold. *p. 6. Conf. 261. q. 1. in pr.* utut enim pro se habeat præsumptionem, quod in dubio sub spe & promissione matrimonii in stuprum consenserit, ne quod optimum habet, virginitatis nempe ac pudicitia ornamentum, jactasse videatur, contra *l. 25. ff. de probat.* Attamen fundat se in facto qualificato, stupro nempe sub promissione matrimonii sibi illato: Idcirco factum non modò, sed & qualitatem facti ipsa probare cogitur. arg. eorum, quæ tradit Befold. *d. l.* Et quamvis confessio stupri accedente stupratae assertione, indicium faciat promissi matrimonii juxta Richter. *decis. 88. num. 5.* Attamen contrarium tenuerunt Antecessores huius Facultatis apud Befold. *d. l. n. 39. ibi: Sed Reum simpliciter absque præstatione iuramenti absolvendum esse.* Si tamen contra stupratorem essent præsumptiones & conjecturæ ex nimia fortè familiaritate desumptæ, iuramentum purgationis à Judice deferendum. arg. eorum quæ tradunt Cöppen. *lib. 1. obs. 33. num. 13.* Beust. *de iure Connub. part. 1. c. 47.* quod licet præstiterit dotem tamen præstare cogitur. Berl. *p. 5. concl. 38. num. 89.* Richter. *dec. 88. num. 6.* Carpz. *Pr. Cr. q. 68. num. 103.* Promissione itaque matrimonii probatâ, stuprator uti dictum ducere stupratam cogitur, iisdem nempe modis, quibus aliàs sponsus ad ma-

ad matrimonium consummandum compellitur, c. 2. X. de
adult. carcere, vel poenâ pecuniariâ, pro ratione circum-
stantiarum. Carpz. *Ip. Conf. lib. 2. d. 228. n. 9.* interdum re-
legatione; sic tamen ut nihilominus tantum adjudicetur
stupratæ ex ejus bonis, quantum ad dorem sufficit. Mev. 39
ad Jus Lub. lib. 4. tit. 5. art. 1. n. 5. Zœs. *lib. 5. Decretal. Tit. 16.*
n. 16. Lugo *de I. & I. disp. 12. sect. 2. num. 19.* Et præterea il-
lis in locis, ubi propter stuprum Pœnitentia Ecclesiastica
est recepta, si præsens sit deprecari tenetur. Brunn. *de iure* 40
Eccles. lib. 1. c. 6. membr. 4. n. 11. Plures tamen casus nota-
runt Dd. passim, in quibus si maximè matrimonium sit pro-
missum, ab hâc tamen obligatione ducendi liberatur stu-
prator. I. Ob inæqualitatem personæ, si nempe inter supra- 41
torem & stupratam maxima sit inæqualitas; tunc enim fa-
cile potuisse suspicari stupratam, ipsum simulatè nuptias
promittere, ut eâ fruatur. Ita Less. *de I. & I. lib. 2. c. 10. dub.*
3. n. 22. Greg. Sayr. *Theolog. Moral. lib. 11. c. 2. n. 34.* Ant. Pe-
rez. *in Cod. tit. de adult. n. 52.* Gutierrez. *lib. 1. can. quest. c. 37.*
Havemann. *Gamolog. lib. 1. tit. 6. pos. 5. §. 2.* quorum senten-
tiæ subscriberem, quando præter eam, quæ ex inæqualitate
status & conditionis oritur, alias puella habuit suspicandæ
fraudis causas. Si verò non habeat ullam exterius causam su-
spicandæ fraudis; puta si promissor utatur verbis perspicuis,
quæ juxta congenitam proprietatem promissionem con-
jugii continent, neq; id semel sed reiteratis vicibus, maxi-
mis obtestationibus; & ut fieri non rarò solet, cum juris-
jurandi religione, q. quid juris? quidam dicunt teneri eam
ducere, si ipsa velit, ne altera pars detrimentum patiat, nec
facere injuriam stupratam exigendo, quod sibi erat promif-
sum, nempe matrimonium, eò, quòd corpus suum bonâ fi-
de promiserit, reliqua, ut divitiæ & genus sint externa & per
accidens sese habeant ad hunc matrimonii contractum.

Alii existimant, quod ducere non teneatur, si magna sit inæqualitas. Quoniam enim, qui fictè aliquid in contractu promittat, quod est melius, non teneatur **illud dare**, sed sufficiat, ut det aliud, quod iudicio prudentum sit æquale, ut sc. talis contractus ad æqualitatem reducatur. *Lefs. d. l.* Ut
 42 verò quæ nostra sit in re tam arduâ sententia, paucis exponamus; Dicendum, quòd inæqualitas personarum regulariter matrimonio non obsit. Ut enim Reip. interfit, ne sanguis generosus promiscuis amplexibus & connubiis misceatur, sed unicuique familiæ sua maneat **salva dignitas**; ac proinde inæqualis conditionis ac status matrimonia omnino sint ab initio dissuadenda. *Carpz. Iurispr. Consist. lib. 2. def. 9.* Sunt tamen ex Theologis pariter & Iuris non pauci, qui non attentâ inæqualitate conditionis sponsalia legitimè contracta, usque adeò non dissolvunt: vid. plures laudat. à Havemann. *Gamol. lib. 1. tit. 5. pos. 2. lib. 2. tit. 4. pos. 3.* *Carpz. Iurispr. Cons. lib. 2. tit. 1. def. 10.* Add. *Gerhard. de Conjug. tom. 7. §. 399.* *Greg. Sayr. Theol. Moral. lib. II. c. 2. n. 33.* ut si ex errore contracta fuerint, non dissolvenda putent. *Havem. lib. 1. tit. 5. pos. 5.* multoq; minus, si sponsalia inter inæquales conditione, puta Nobilem & ignobilem, Dominum egregiæ conditionis & famulam, concubitus sequatur.
 43 vid. *Sayr. d. l. n. 33. 2.* Cessat illa obligatio ob impedimentum aliquod legitimum, v. c. si fiat ejus affinis, vel tale quid interveniat, per quod nuptiæ subsistere non possint, aut non sine scandalo consistant. *Lefs. d. l.* ubi idem obtinere
 44 tradit, si stuprator postea cum aliâ de præsentis sponsalia contraxerit. Quod nobis falsissimum videtur. Nam si sponsus nulla intercedente copulâ carnali, alteri fidem matrimonialem dederit, ad priorem tamen redire cogitur, per superiùs tradita, quanto minus accedente copulâ eandem
 45 derelinquere poterit? 3. Si pater eandem nolit dare stupratori
 tori

288

tori in matrimonium. Lefs. *d. l.* vid. *suprà cap. 3. membr. 2. n.*
 46. 4. Si deinceps cum alio fuerit fornicata, tunc ducere 46
 eandem non cogitur; quia hæc promissio videtur hanc ta-
 citam habere conditionem, si de futuro castè vixerit. Mev.
ad l. Lub. lib. 4. tit. 5. art. 1. n. 14. Sed an dotare hoc casu 47
 teneatur, *suprà* expositum. vid. Mev. *d. l. 5.* Cessat obliga- 48
 tio ducendi si se virginem dixerit, & talem non deprehen-
 derit Lefs. *d. l. n. 29.* Havemann. Gamol. *lib. 1. c. 6. pos. 5. 5. 3.*
inf. Sicut enim ipse eam decepit, ita vicissim ab eâ est dece-
 ptus, ut compensatio injuriæ locum habeat, usque adeò, ut
 nec dotare eandem, ex eo, quòd inhonestè vixit, teneatur.
 Lefs. *d. l. n. 29.* sed habet pro se deflorata virginitatis præ- 49
 sumptionem, ac proinde dicenti se deceptum non creditur,
 nisi hoc probaverit arg. eorum, quæ tradit Mev. *p. 3. dec. 73.*
 post Mascard. Guazzin. Barbos. Paul. Zacchias *quest. Me-*
dic. Legal. lib. 4. tit. 2. q. 1. n. 2. Ant. Fab. *lib. 9. tit. 7. d. 5. n. 5.*
 Procedunt quæ dicta sunt, licet non verbis, sed re ipsâ fuerit 50
 deceptus, & in conjunctione deprehendat virginem reverà
 non fuisse; quoniam foeminam honestè viventem stupra-
 tor ducere tenetur, non eam, quæ jam ante est ab alio vitia-
 ta. Unde si causa illa est sufficiens ad sponsalia dissolven-
 da, erit etiam hîc. Lefs. *d. l. n. 30.* Sed an dotare eandem 51
 teneatur, quærunt Moralistæ? videtur quòd sic, quia verbis
 foeminæ non est deceptus. Verum enim verò rectiùs ne-
 gandum, quoniam ex illâ promissione solùm obligatur ad
 eam ducendam, quæ obligatio cessat, quando eam non de-
 prehendit virginem. Sanchez. *de matrim. lib. 1. disp. 10. n.*
 12. Lefs. *d. l.* Quid si sciverit eam non esse virginem, pro- 52
 misit ei matrimonium non seriò, sed fictè, ad obtinen-
 dam copulam? Quidam dicunt teneri eam ducere, quia
 deceptus non fuit. Alii dicunt non teneri, eò quòd cor-
 rupta exigendo tale matrimonium pro corporis sui usurâ
 nimium exigat, nec tanti sit æstimanda copula cum ante vi-
 tiata,

- tiatâ, ut ejus matrimonio debeat compensari. vid. Lels. d. c. 10. dub. 3. n. 31. Nos priorem sententiam veriore arbi-
 53 tramur, quia fidem dans conjugalem ante vitiatâ, quam vi-
 tiam esse scivit, mores istius comprobasse censetur, &
 meretrici fides data matrimonialis servanda est. Positâ autem
 54 contrariâ sententiâ, juxta quam ducere non tenetur, quæritur an
 dotare teneatur? Nos inter matrimonium & dotem in propo-
 sito casu multum interesse putamus. Ante enim vitiata foemi-
 na non jure exigit dotem, dum scit, se alterius viri honesti ma-
 trimonio esse indignam; Neque aliâ intentione in concubium
 videtur consensisse, quam quod sciverit, sibi non tam gravem
 injuriam inferri, utpote ante vitiatâ, quin potius existimavit,
 sibi aliâ ratione satisfieri posse, Lels. d. l. Lugo de I. & I. Disp. 12.
 55 sect. 1. n. 2. (ubi si promissio facta stuprator a. intereâ mutet Religio-
 56 nem, quid dicendum tradit.) Prætereâ is, qui foeminam quæ occasio-
 nem stupri dedit, stupravit, dotare eandem non tenetur: Sed verò
 si eidem promiserit matrimonium, stare promissis, Lels. lib. 2. c. 10.
 dub. 4. in fin. quia meretricem uxorem ducere nemo prohibetur.
 57 Deinceps illud prætereundum non est, quando de promissione du-
 bitatur, stuprator hoc negante, stuprata verò affirmante, sintq; con-
 tra stupratorem quædam promissi matrimonii conjecturæ, quod
 etiam transactio locum habeat, & pro redimendâ vexâ aliquid &
 dare & accipere liceat. Utcunque enim in causis matrimonialibus
 transactio regulariter locum non habeat, hoc tamen ad nostrum
 casum, quando de matrimonio dubitatur, non pertinet, in terminis
 58 Carpz. Ipr. Conf. lib. 2. d. 333. per tot. Imò si in probatione promissio-
 nis matrimonii planè succubuerit stuprata, nihilominus dotem exi-
 gere potest Carpz. Ipr. Conf. lib. 2. def. 228. per tot. Coronidis loco
 59 illam subnectere lubet quæstionem, si quis seduxerit puellam sub
 promissione matrimonii, dicendo se uxorem non habere, cum ta-
 men habet, an mortuâ uxore, si velit puella ducere teneatur? Affir-
 mat Greg. Sayr. in Theol. Moral. lib. 11. c. 2. n. 34. vers. Neq; hoc novum.
 Verum enim verò hoc intelligo si dotem, quam seductor præstare
 per superius tradita tenetur, ab eo non acceperit; tunc enim jus
 quod habet mortuâ uxore ad ducendum remi-
 sisse censetur nequaquam.

TANTUM!





Tübingen, Diss., 1685

X 23 00 701

ULB Halle

3

005 826 799



W 007







255
1685, 26
9

D. B. V.
 INAUGURALIS
 RIDICA,
 DE
ACTIONE
PRATÆ,
Quam
 MAGNIFICENTISSIMO,
 IMI PRINCIPIS
 INI, DOMINI,
FRIDERICI,
 iæ & Tecciaæ, Comitis
 Dynastæ Heidenhemii &c.
 TE ET CONSENSU,
Facultatis Iuridicae,
 BERHARDINA,
 ÆSIDE
 DO BARDILI, U. J. D.
 & Supremi Dicastarii Assessore, Do-
 , omni honoris & obsequii cultu
 nerando.
ICENTIA
 nores, & Privilegia Doctoralia ritè
 timè capessendi,
 d. 28. Febr.
 LA NOVA,
 ictorum Disquisitioni
 submittit
HOSER, Stutg.
 ypis Martini Rommeii, 1685.

4 25
5

